
NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 07437486 3


NEW YORK PUBLIC LIBRARY











SPICILEGIUM
BIBLIOGRAPHICUM

16623

EX

BIBLIOTHECA REGIA HAVNIENSI.

FASCICULUS I.



DESCRIBITUR
IN TRIBUS SPECIMINIBUS
SEMICENTURIA
MONUMENTOR. TYPOGR. RARISSIMOR.
QVÆ
ANNALIUM TYPOGR. AUTORI
CL. M. MAITTAIRIO
IGNOTA FUERE,
PER

ERASMUM NYERUP,

HAVNIÆ 1783.
APUD C. G. PROFTIUM.



PRÆFATIO.

Regiam, qvæ Hafniæ eſt, Bibliothecam librorum, optimæ notæ, tam impreſſorum qvam ineditorum, in omni fere lingvarum genere uberrima ſegete eſſe inſtructam, dignamqve, qvæ celebratisſi-

mis Europæ Bibliothecis annumeretur, Eruditorum apud nos cuiqve ſatis notum eſt. Noſtris præſertim diebus læta & vere Regia capit incrementa ſub auſpiciis *Excellentisſimi & Illuſtrisſimi Domini* JOACHIMI GOTSCHE *Comitis de* MOLTKE, qvi præter permulta illa & gravia, qvæ in patriæ & ſtatus politici emolumentum ſuſtinet, munia, præſidium qvoqve regiæ ſuſcepit Bibliothecæ, haud infra ſuam dignitatem ratus Muſas hasce regias ſuis proſeqvi ſtudiis. — Nec ſatis eſt Bibliothecam inſtaurari, exornari, augeri; in

ordi-

ordinem qvoqve pulcherrimum cunĉta disponuntur vigili opera doĉtaqve cura, qvam indies in id impendunt Protobibliothecarius ERICHSEN, Conſiliarius Conferentiæ &c. & Subbibliothecarius BROAGER, Archivarius & Conſiliarius Cameræ.

Cum vero circumſcripta admodum & jejuna ſint ea, qvæ de hujus Bibliothecæ Cimeliis referunt rei litterariæ ſcriptores v. c. JUGLERUS in Bibliotheca hiſtoriæ litterariæ Struviana pag. 364. putavi me haud ingratum faĉturum harum

rerum peritis & ſtudioſis, cum mihi contigerit provincia, qva nulla exoptatior, in iſta Bibliotheca, ſumma librorum rarisſimorum copia inſtructisſima, eſſe a manu, ſi ex affluenti hac copia qvædam ſeligerem, publiciqve juris in rei litteriæ uſum facerem.


Decreveram qvidem a libris, ſua ſe raritate commendantibus, initium facere: verum enim vero de iſtiusmodi libris non unum eſt Eruditorum judicium, qvi enim uni qvovis pretio carior eſt, alteri haud

raro vilescit. Hinc summorum in hoc studio Virorum Meuselii, von Murrii, Denisii, Zapfii, de Burii exemplis & institutionibus incitatus & edoctus primæva artis typographicæ monumenta, de qvorum pretio inter doctos lis est disceptata, potissimum perlustranda elegi. Omnia vero & singula, qvibus Bibliotheca superbit, prima Impressa si describere vellem, sæpe necesse esset, bibliographos & autores historiæ litterariæ ad tædium usqve lectoris citando, crambem bis & sæpius coctam recoqvere: qvapropter rei litera-

terariæ me melius cnnſulturum dux tales tantummodo recenſendo libro qvi in magnæ molis opere, *Annales Typographici* dicto, ſummo ſtudio & labore a CL. MAITTAIR compoſito, non inveniuntur.



INDI



INDEX LIBRORUM, QVI RECENSENTUR.

ANNI 1473.

Index Librorum.

1482.

1483.

1485.

1486.

1487.

1488.

1492.

1495.

1496.

1497.

Index Librorum.

LIBRI SINE NOTA ANNI EDITI.

De

Index Librorum.



SPICILEGII BIBLIOGRAPHICI

SPECIMEN PRIMUM

EXHIBENS

EX

BIBLIOTHECA REGIA HAVNIENSI

SUPPLEMENTUM ANNALIUM

MAITAIRIANORUM

ET QVIDEM

PRIMITIARUM ARTIS

TYPOGRAPHICÆ

DECADES DUAS

PRO STIPENDIO QVADRÆ REGIÆ

CONCINNAVIT

ERASMUS NYERUP

Coll. Med. Alumnus.



HAVNIÆ 1782.

SUMTIBUS CHRIST. GOTTL. PROFTII.

ILLUSTRISSIMO
ATQVE
EXCELLENTISSIMO HEROI
DOMINO
JOACHIMO GOTSCHE
COMITI DE MOLTKE
TOPARCHÆ
IN EINSIDELSBORG ET KIÖRUP
ORDINIS DANEBROGICI
EQVITI AURATO
S. R. M. A CONSILIIS INTIMIS
CUBICULARIORUM REGIORUM
PRÆFECTO
IN COLLEGIO STATUS SANCTIORI
ADMINISTRO
BIBLIOTHECÆ REGIÆ
PRÆSIDI

STUDIORUM HOCCE

TENUE SPECIMEN

SUMMA VENERATIONE

D. D. D.

TANTI NOMINIS

CULTOR DEVOTISSIM

AUCTOR.

1473.

I. Phisonomia Regia. Fol.

Opus, paucissimis cognitum Bibliographis, impressum est characteribus mediæ magnitudinis Gothicis valde abbreviatis in charta candida non admodum crassa. Constat foliis 38. Qvævis pagina habet columnas duas & lineas 37. Literæ nullæ initiales v. capitales, nisi qvas invenusto rubro colore adpinxit miniculator s. illuminator initio librorum & capitum. Destituitur signatura, custode, & ciphris numerum foliorum indicantibus. Loco puncti super literam *i* conspicitur lineola transversa. Signa distinctionis adhibet ab initio libri punctum, & procedente opere etiam comma, qvod exprimitur lineola transversa longa aream lineæ supra infraqve excedente. —

Juglerus in Bibliotheca histor. litterar. Tom. I. pag. 488 inter libros rarissimos & sub-incunabula typographiæ editos in Bibliotheca Regia Hanoverana nostrum nominat tali addito encomio: «Phisonomia Regia, liber *Martisburgi* a. 1473 luci expositus, at cognitus



paucissimis". — Apud *Maittairium* mira est confusio: exstat enim in Append. Alphab. ad Annalium Typogr. Tom. V. pag. 498 *Lapidarius Aristotelis; in Civitate Merssborg, 1473 & ibid. pag. 545 Phisionomia; Lapidarius Aristotelis; et alia qvædam. 4to Marpurgi* 1473. Sed non tales duo aut plures diversi dantur libri, est vero unus idemqve liber, qvi nec excusus est Marpurgi nec in forma, ut ajunt, 4ta, nec intelligo, qvo factum sit, ut in *Bibliotheca Daneschioldiana* pag. 129 etiam relatus sit inter libros in Qvarto.

Opus sic incipit: *attendite a falsis prophetis, qvi veniunt ad vos in vestimentis ovium — qvod autem Phisonomia necessitatem hominum moribus non imponat* probatur ex ALBERTO MAGNO allegando decantatam istam de figura & physiognomia Socratis narrationem: loco Socratis vero male aut autor aut typotheta substituit *Ypocratem. Seqventes philosophos Aristotelem, Avicennam, Constantinum, Albertum, Phylomonem, Loxum, Palomonem. Meliora qve in scriptis eorum reperimus sub brevitate huic operi apponemus.* Aliis locis citantur *Plato & Rasi.* In folii secundi

cundi columna altera paginæ prioris habet seq. *Primo quorundam preciosorum lapidum nomina, qvi naturam ad unum inclinatam trahunt in contrarium exponemus in dei honorem omnipotentis & gloriam ac perpetuam memoriam virtuosi wencezlay secundi regis bohemorum principis gloriosissimi. In ipsius enim laudem honorem ac perpetuam memoriam hic liber extitit compilatus.* Nomina lapidum, de qvorum agit virtute, simul vertuntur chaldaice, arabice & græce; verbi causa: *Sereaster A Caldeis Nundistus ab arabis Qvirinus a latinis Fantastron a grecis dicitur. Hic lapis aliqvando invenitur in nido uppupe. Est enim uppupa avis multum prestigiosa ut testantur augures. Hic si ponatur super pectus dormientis ut queratur ab eo, respondet dormiens ad qvælibet interrogata, & valde movet fantasias, facit homines subtiles & studiosos & maxime in occultis.* Et sic inepte in reliqvis. In folii vero ultimi paginæ aversæ columna sinistra. *Divina igitur annuente gracia multa inqvisicione habita ex pluribus libris philosophorum hunc libellum qvi phisonomia regia intitulatur colle-*

gimus in perpetuam memoriam excellentissimi principis domini wencezlay secundi regis bohemorum, ut bonos noscat & se ipsis sociare valeat & fugere consorcia impiorum. (a) *Explicit liber de phisonomia.* Spatiolo parvo interjecto: *Liber enim dividitur in tres partes In prima parte traditur videlicet Lapidarius Aristotelis de novo a greco translatus cum omnibus aliis lapidariis & eorum dictis in unoqvoqve lapide — Secundo qvomodo virtutes preciosorum lapidum augmentantur. — Tercia pars est de ipsamet phisonomia.* Liber clauditur seqventi subscriptione: *Anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio in vigilia XI milium virginum completum est presens opus In Civitate Mersszborg.*

1474.

II. Diæta Salutis. Fol.

T*abula super dieta salutis & capitula diete salutis* occupant folia septem; deinde liber ipse

(a) Conf. Lavateri Physiognomische Fragmente 1ste Tom. S. 156 & seq. de utilitate physiognomicæ scientiæ.

ſe ſic incipit. *Subjectus tractatus qui diete ſalutis vocabulo cenſetur multas materias de viciis de virtutibus pceptisqve & dois ad ſermoes pplares dirigibiles ſatisqve apte teporibus ani applicabiles coplectitur. Neo aute verborum ſimplicitate in ſerie meorati tctatus offedatur, ſed revera ſciat ea roe hoc actu ſoe qtenus ex eo dini verbi ſemiator facilius ruſtica iſtruat cocione.* (b)

Abſolvitur tractatus foliis 62, characteribus parvis gothicis, copioſisſime, ut ex inſcriptione transſcripta patet, abbreviatis, absqve cuſtode & numero foliorum vel paginarum; habet ſignaturas indicatas literis alphabeti minoribus, & ex ſignis diſtinctionis tantum punctum. Numerus qvaternarius refert figuram numeri octonarii dimidiati,

 nume-

(b) Defectui litterarum ſupplendæ inſervit lineola verbis ſuperinjecta; compendia vero talia ſcripturæ et notas antiqvitatis noſter præſens, qvod dolendum eſt, exprimere non valet Typographus.

numerusqve qvinqvenarius habet figuram fere ſeptenari moderni. Literæ capitales deſunt; nec in noſtro exemplari manu miniculatoris ſunt adpictæ: interdum in ſpatio iſto majori literæ capitali vacuo relicto impreſſa eſt litera parva indicans rubricatori, forte ignoranti, qvam adpingere deberet. — In fine leguntur ſeq.

Explicit liber qvi nuncupatur dyeta ſalutis, in qvo habentur ſermones applicabiles per totu anu de criminibus & viciis hominu una cu collacoibus pulcerrimis Impreſſiqve ſut hy ſermones Colonie per me magiſtrum Ihanem Colhoff *Anno Dni* 1474. LAUS DEO.

1474.

III. Ludolphus de vita Christi. Fol.

Ludolphus v. Leutolphus in Saxonia ſeculo XIII natus, primo ordinis Dominicani ab anno 1300 per 26 vel plures annos, deinde vero Carthuſienſis Argentinæ monachus & Prior erat: ſcriptor ſupra ſeculi ſui morem elegans

gans audit apud FABRICIUM Bibliotheca med. & inf. Latin. Operis hujus *de Vita Christi* qvadraginta fere, exceptis versionibus, editiones numerat FREYTAGIUS in Analectis litter. pag. 545, in qvibus nostra est longe rarissima, qvare oculis Bibliographorum vel maximorum sese subduxit. —

Impressum est in charta satis candida nec admodum firma characteribus minutioribus gothicis crebris abbreviationibus, columnis duabus & lineis 56 in qvavis pagina. Nullus titulus; nulli custodes sive voces paginæ seqventis indices; nullæ distinctiones minores; nullis paginæ numeris neqve chartarum qvaterniones literis Alphabeti, qvas signaturas vocant, distingvuntur, caret etiam literis initialibus capitum, qvæ in prioribus 9 foliis penicillo adpictæ sunt. — Opus distribuitur in partes duas. Primum folium sine omni omnino inscriptione aut titulo his incipit verbis: *Fundamentum aliud nemo potest ponere* &c. qvibus verbis LUDOLPHUS inchoavit *prologum in meditationes Vite Jesu Christi* — ut habet

 editio

editio Noribergensis anni 1478. (c) Post prologum tria occupantem folia: *Incipit liber de vita Jesu Christi in Evangelio tradita, de divina & eterna Christi generacione.* Pars prima concluditur capite 92, qvod agit *de fermento cavendo & ceco Bethsaide illuminato*: in ultima vero orationis linea (preces enim unicuiqve capiti adjecit autor) expressum legitur nomen Typographi NICOLAUS GOTZ; deinde post spatiolum lemma ejus, cum qvadam variatione idem, qvod affert *Maittaire* Annal. Typographicorum Tom. I. edit. II. pag. 339 *Spem meamque solam ponam in te virginis Marie matris graciam.* & infra. *Impressumque solempne opus perfectissime Domini vitam dico correctam.* NICOLAUS GOTZ *de* SCHLETZSTAT. *Id quod ad ejus primam spectat.* In ejusdem folii pagina sequenti Registrum in Evangelia totius anni, etiam

qvæ

(c) Hujus editionis exemplum splendidum in charta crassiori folio regali impressum etiam asservat Bibliotheca Regia: copiosius vero describitur hæc editio in Celeb. *Denis* Merkwürdigkeiten der Garellischen Bibliothek S. 74.

qvæ in posteriori qværantur parte, ita incipit: *Processus hujus preciosissimi operis Domini nostri Jesu Christi hic secundum textum beati Mathei evangeliste hic & id quod Matheus sufficienter non scribat Autor ex aliis evangelistis sanctis Johanne Luca marco complevit juxta conclusionem sanctorum scribentium scilicet ambrosii iheronomi augustini gregorii bede & aliorum plurimorum sanctorum virorum — ut in clare videtur.* (d) Post registrum, qvod duo folia & dimidium complet, seqvitur: *De confessione vere fidei, qvam Petrus fecit pro omnibus — Capitulum primum. Prima pars libri hujus que precedit nullam de passione mencionem expresse facit secunda vero pars que hic seqvitur freqventer de passione facit mencionem & tandem* (e) *totam continet passionem & eorum que ultra sunt seriem.* Secunda pars constat capitulis 89, qvorum ultimum est *Conclusio*

(d) Sine dubio legendum: *ut intuenti clare videtur.*

(e) Hæc vox non reperitur in supra laudata editione Noriberg.

clusio libri & signatio. (f) In fine vero leguntur hæc: *Gracias deo trino altissimo. Que vitam Cristi Ihesu ejus filio. Hic in sca colonia termino Phillippi Iacobique profesto* 1474 *Ihesu incarnacionis anno.* Super vero hæc ultima verba extat Insigne Typographi, scutum cantheriatum cum tribus conchis appellat *Maittairius* Annal. typogr. Tom. I. edit. II. pag. 339 cum hac inscriptione: *Sola spes mea in te virginis gratia* (g) & infra NICOLAUS GOTZ *de* SCHLETZSTAT. (h) Deinde in paginis qvinqve idem Registrum in Evangelia per totum annum, qvod jam parti primæ adhærere indicavi: ne qvis vero credat eadem omnino

(f) Edit. Norib. addit vocem *ejus*; vocabulum autem præcedens, qvod ea, qvam tractamus, editio expressum habet *signaco* lineola superimposita, Noribergensis vero eodem modo *signato*, *Freytagius* in Analectis loco cit. ut arbitror, male legit *significatio*.

(g) Dimidia pars hujus vocis excidit.

(h) Hunc *Schoepflinus* enumerando typographos Alsatiæ extra Argentoratum vocat *de Seltzstat.* Vindiciæ Typograph. pag. 117.

nine esse folia a Bibliopego vel alia ratione transposita vetat hoc, qvod prima vice in folii pagina citeriori, altera vero in anteriori initium cepit impressio.

Editionem hanc, cujus jam qvalemcunqve dedi notitiam, frustra qværis apud *Maittairium*, qvi annal. Tom. V. pag 35 sub nomine LUDOLPHI nullam habet ante Noribergensem sæpius laudatam anni 1478. Sed, aut mire fallor, aut nostra editio in annal. Tom. cit. pag. 195 (conf. Tom. I. edit. 2. pag. 339) latet sub autore RADULPHO: *Radulphus de vita Christi in Evangelio tradita per Gotz. Coloniæ* 1474. RADULPHUS vero hic *de vita Christi* est autor mere imaginarius & nullus alius, qvam LUDOLPHUS de Saxonia, qvem præter LEUTOLPHUM *Fabricius* Bibliotheca med. & inf. Latin. refert etiam corruptius nominari LANDULPHUM, unde forsan (conjiciendo enim est locus) fluxit maxime corrupte RADULPHUS.

De

De Bure in Catal. Gaignat pag 38, nostram attulit editionem, qvam etiam cognovisse videtur *Meerman* Origin. Typograph. pag. 254 not.dx. Subſcriptionem, qvam *De Bure* habet, & ego ſupra transſcripſi, nullum præbere ſenſum qveritur *Denis*, minusqve accurate deſcriptam opinatur (i) Qvid vero, ſi ita diſtingvamus: (ſigna enim diſtinctionis punctaqve lucis ſæpe falſisſimis appoſita eſſe, ex toto conſpicuum eſt opere) *Gratias Deo trino altiſſimoqve; vitam Chriſti Ieſu ejus filii* (k) *hic in ſancta Colonia termino, Philippi Iacobiqve profeſto,* 1474 *Ieſu incarnationis anno.*

Aliam hujus operis editionem eodem 1474 anno *Argentinæ* adornatam laudat *De Bure* Bibliographie vol. Theol. pag. 121. contra qvam vero *Denis* l. cit. qvædam non parvi momenti movit dubia, qvibus addi potest hoc: omnino vero eſſe abſimile annum editionis ſubſcriptum eadem typorum figura ex-

(i) Merkwürdigkeiten, pag. 75.

(k) *filio* ut per ſe patet. eſt error typothetæ.

exſculptum fuiſſe in editione Du Buriana, qva in noſtra expreſſum conſpicio. conſ. *Meermanni* Origenes loc. cit. — Cum vero nota ſeptenaria ita figurata ſit, ut cum pentade confundi poſſit, in hac ſubſcriptione annum 1454 ſeſe deprehendiſſe, falſiſſime exiſtimarunt nonnulli.

1474.

IV. Thomas Aqvinas in Jobum Fol.

Charta eſt craſſa; literæ minutiores gothicæ cum compendiis bene multis, ad qvæ exprimenda ſuperimpoſitæ literis lineolæ; absqve cuſtode, ſignatura, ciphris & diphtongis; habetur punctum & nulla alia interpunctio; literæ capitales modo cæruleo modo rubro adpictæ ſunt colore, prima Prologi litera inſuper deaurata.

Antecedit Regiſtrum in foliis qvatuor, deinde *Poſtilla fratris thome de aqvino in Job feliciter incipit.* In prologo leguntur hæç: *Fuerunt autem aliqvi, qvi dicerent, qvod iſte*

Job

Job non fuit aliqvid in rerum natura, sed quod sit qvædam parabola confista, & esset quoddam Thema ad providentiæ disputationem &c. Hanc vero rejicit autor sententiam allegans Ezechiel XIV. & Jacob.V. ubi de Jobo ut homine in rerum natura loqvuntur S. Scriptores. In fine seq. *Explicit postilla in job fratris thome de aqvino Anno* 1474. *per discretum Conradum fyner de Gerhusen artis impressoriæ magistrum.*

Locus impressionis, qvi non nominatur, sine dubio est Eslinga; ibi enim Conradum seqventi anno libros impressisse, apud Maittairium invenio, cui vero ut & Fabricio ignota fuit hæc, qvam manibus tracto, hujus operis editio. Descripsit copiosius nostram editionem M. *Reuss* Beschreibung merkwürdiger Bücher aus der Universitets Bibliotheck zu Tübingen pag. 43; & illam citat *Denis* Bücherkunde Tom. I. pag. 118.

1475.

V. Biblia Latina. Fol.

In fine operis post Apocalypsin Johannis annus locusqve impressionis & nomina artificum, qvi editionem procurarunt, literis rubris expressa leguntur, scilicet: *Hoc opus Biblie effigiatum est i nuremberga oppido germanie celebratissimo jussu Andree Frisner Bunsidelensis artium liberalium magistri! & Joannis Sensenschmit civis psati oppidi, atisimpressoriaeqve, magistri, sociorum, suis signis anotatis. Anno ab incarnatione domini M. CCCCLXXV. quinto idus Decembris.*

Apposuere artifices signa sua typographica ligno incisa & rubro etiam colore distincta, *Sensenschmit* scutum cum duabus falcibus, *Frisner* similiter scutum cum pelicano.

Bibliorum hocce opus excusum est in folio, ut ajunt, regali, charta firma candida & optimae notae, literis gothicis non admo-

dum

dum abbreviatis, absqve custode, signatura, & numero foliorum: copiose & accurate describitur in Cel. *Panzeri* Geschichte der Nürnbergischen Ausgaben der Bibel. S. 23 & seq. Qvamvis characteres, qvos ille affert, alias perfecte nostro qvadrare exemplari conferendo invenirem; primi tamen folii argumenta confuse satis enumerat l. cit. pag. 38 & 39, Epistola enim JOHANNIS ANDREÆ Episcopi Aleriensis ad Paulum secundum Venetum Pontificem maximum finitur in medio fere columnæ alteræ paginæ primæ: statim seqvitur Tabula & ordo librorum Biblicorum; tabula hæc vel Registrum concluditur folii ejusdem paginæ aversæ columna prima: columna vero secunda hujus paginæ aversæ continet Epistolam Matthiæ Palmerii ad eundem Papam.

Interpretationes nominum hebraicorum foliis 28 expressæ in nostro exemplari ligatæ sunt statim post Aristeam ante libros Biblicos: ordo hic, qvi in codice *Panzeri* non obtinet, est contra mentem typographi vel editoris,

in

in fine enim tabulæ v. Regiſtri, qvod ordinem indicat librorum, poſt Apocalypſin nominatum determinatur: *Extremo loco ſut interpretationes verboru ſecudum Hieronymum.*

Panzerus tria tantum hujus editionis exſtare ſciebat exemplaria; Bibliotheca igitur Regia merito gloriari poteſt ſuo exemplari ſplendido & optime conſervato, qvod ita eſt qvartum hucusqve notum editionis hujus, qvæ Maittairio, Le Long, &, qvod magis eſt, Lorckio noſtro ignota permanſerat.

1482.

VI. Calendarium Johannis de Monte Regio. Qvarto.

Conſtat foliis 25 præter duo folia, in qvibus ſunt figuræ 4 æri inſculptæ: prima harum inſcribitur: *Inſtrumentum horarum inæqvalium*, ſecunda: *Inſtrumentum veri motus lunæ*; tertia: *Qvadrans horologii horizontis*, qvarta deniqve exhibet *Qvadratum horologium generale.* Opuſculum nec in fronte

 nec

nec in calce titulum habet: (forsan vero folium primum, in qvo exstabat titulus, a nostro abest exemplari) impressum est literis gothicis parvis absqve signatura, custode, & numeris paginarum; exhibet literas initiales capitum florulentas, qvarum autor habetur Ratdolt a Maittairio; hunc vero Ratdolto honorem detraxit *Denis* Bücherkunde 1ster Theil S. 137.

Primum folium literis rubris excusam habet hanc inscriptionem: *In laudem operis hujus præclari a Johanne de monte regio editi germanorum decore & nostræ ætatis Astronomorum principe Jacobi Sentini Ricinensis carmina*, ex qvibus seqq. huc adponam.

Hoc germanus opus Regio de monte Johannes
Composuit: patriæ nomen honosque suæ:
Qvi fuit & Rhetor summus, qvi solus & alta
Astrorum doctor verus in arte fuit:
Qvi fuit & vates celebris, cui semper abunde
Et Latia elloqvium Grajaqve lingva dedit.
Notus in Italia est, & qva regione potentes
Mergit eqvos Phoebus, nascitur unde simul.

Statim

Statim infra rubris iterum literis:

C. JOHANNES LUCILIUS SANTRITER *Helbronnensis* (l) *Lectori S.*

Cui dedit ingenium divina potentia; & artes
Qvi bene dædalias solus in orbe tenet:
Hoc Augustensis Ratdolt germanus Erhardus
Dispositis signis undiqve pressit opus.
Vivat ut hic semper volventes fata sorores,
Nam prodest multis, Lector amice roga.

Anno S. 1482. *Idus* 5 *Augusti. Venetiis.*

Editionem anni seqventis 1483. id Sept. habet *Maittairius* cum iisdem versibus Santriteri Annal. typogr. tom. 1. edit. nova ad illum annum, & *Zapf* annal. typogr. Augustan. pag. 100. vid. etiam Supplementum Zapfianum in Liter. Museum 2ter Band pag. 272.

(l) Notitia uberior de *J. L. Santritero* hauriri potest ex *Maittairio* Annal. typogr. tom. 1. edit. nova pag. 408.

1485.

VII. ELUCIDARIUS. Qvarto.

Opusculum hoc foliis 39. in forma 4ta constans sine ullo titulo & inscriptione sic incipit: Dit bok het Lucidarius. Dat sprikt to dude so vele alse ein vorluchter. Caret reclamantibus, signaturis & numero paginarum. Literæ initiales variis coloribus sunt obductæ: habet figuras rudes ligno incisas & coloratas. In fine legitur: ghedrukket in der keiserliken stat Lubek van Matheus Brandis. anno dni. 1485.

Elucidarii editionem tantum unam habet Maittaire sc. anni 1475. Noribergensem. *Zapfius* in Annalibus Typographiæ Augustanæ addit duas annorum 1484 & 91, ambas Augustæ Vindilicorum per *Schönspergerum* impressas. Alia sine a. & loco citatur in *Schilteri* Thesauro Antiqvitatum Theuton. pag. 40.

1488.

1488.

VIII. Historia Septem Sapientum Romæ. Qvarto.

Hier boghint de historie van den VII vilsen mannen van rome. Charaɛteribus invenustis optime qvadrant figuræ rudi Minerva ligno incisæ, qvibus etiam crassi admodum colores obducti. Liber clauditur hac subscriptione. Desse buek is gheprentet in der stat van Antwerpen by my Niclaes de leeu. In denne jare MCCCCLXXXVIII. den XIsten dach in April.

Hujus nominis Typographum nullum agnoscit *Maittairius*, qvi inter typographos Antverpienses seculi XV. qvendam recenset nomine *Girardum Leeu*, nullum vero *Nicolaum*. Operis vero nostri folii postremi pagina aversa conspiciendum præbet insigne typographicum prorsus conveniens cum illo, qvod invenitur in *Gerardi Leeu* edit. *Dialogo-*

rum Creaturarum Antverpiensi anni 1486, qvam offert Bibliotheca Regia.

Libri nostri editiones duas anni 1490, exhibet *Maittairius*, unam Genuæ lingva gallica, alteram Lubecæ latina: *Zapfius* vero duas germanice annorum 1478 & 80. vid. Ejus Annal. typogr. August. ad hos annos.

1492.

IX. Boethius de disciplina Scholarium. Qvarto.

De scripto hoc spurio nomen Manl. Torqv. Boethii falso sibi vindicante - de ejus autore ignoto, de stilo ab omni veteris eloqventiæ umbra alienissimo & barbaro, de commentatore Anonymo &c. copiose agitur in *Freytagii* Adparatu Litterario tomo 1. pag. 250.

Exscriptum est opusculum charactere litterarum gothico cum abbreviaturis freqventibus absqve custode & numero paginarum, habet

bet vero ſignaturas. Clauditur hac formula: *Finitur Boetius de diſciplina ſcholarium cum comenco* (to) *fideliter nec no diligenter in oppido Davetrienſi Impreſſus per me Jacobum de breda Anno a nativitate dni* 1492. *alta pariſiacois.*

Eſt editio apud *Maittairium* non obvia: Colonienſem anni 1489. ſimiliter *Maittairio* ignotam recenſet ſupra laudatus *Freytagius* loco cit.

1492.

X. Nobiliario perfetamente.

Folio.

Poſſidet Bibliotheca Regia ingentem theſaurum librorum Hiſpanicorum, præſertim ſeculo proxime elapſo editorum, qvorum magna pars ex Bibliothecis *Ulfeldiorum* & *Frankenauiorum* in Regiam pervenere. Inter hos libros hiſce in regionibus rariſſimos præſentem in-



inveni feculo inventionis typographiæ i
preffum, rariffimis fane rariorem.

Titulus in folio habetur feparato: *Li*
intitulado nobiliario perfetamente copylado
ordinado por el onrrado cavallero Ferantd I
zia veynte qvatro de Jahen. Ante opus
fum prologus cum hac infcriptione mir
expreffa: *Aqvi comiença el prologo*
libro de la nobleza. Intitulado & llam
nobiliario vero fecho & ordenado & copil
por el onrrado cavallero ferratd mexia vey
qvatro de Jahe endereçado al muy alto r
efclareçido & muy noble el rrey don Ferrna
de Caftilla de Aragon & de çeçilia nueftro
nor fijo del muy alto & muy efclareçido
Johan Rrey da Arago & njeto del muy n
& gloriofo fenor el fenor rrey do Ferrna
Rrey de Aragon.

Effiguratus eft liber forma characte
gothica, literis capitalibus florulentis; cum
natura foliorum, fed absqve cuftode & cip
in parte fuperiori foliorum; conftat libris

bus & terminatur hac ſubſcriptione: *Acaboſe la preſente obra ſabado XXX de Junio ano de la incarnaçion: de milly CCCCXCII.*(1492.) *anos.- En la muy noble y lleal çibdad de ſevilla impreſſa por llos onrrados varones maeſtros Pedro brun. Iva gentil. fiel & vera verdadera mente corregida.*

Ambo hi typographi *Maittairio* fuere ignoti, liberqve ipſe ignotus; de eo vero hanc relationem præbet *Nicolai Antonii* Bibliotheca Hiſpana vetus tom. II. pag. 220. „Ferdinandus Mexia, urbis giennenſis in Boe- „tica decurio, (m) eſt autor cujusdam operis „genealogici, qvod vocavit *Nobiliario vero*, „Hiſpali editum 1492. fol. apud *Petrum* „*Brum* (n) & *Johannem Gentilem*. Unde mul- „ta de nobilium conditione ſtatuqve & mune- „neribus, ac nobilitatis originibus armorumqve „& inſignium geſtamine & uſu juxta mores „noſtros hauriri poſſunt.“

 1497.

(m) In titulo libri allato indigitatur ſine dubio hoc verbis his *veynte qvatro de Jaben*.

(n) In iſto, qvod manibus verſo, exemplari lego *Brun*.



1497.

XI. CHIRURGIA. Fol.

Plenus hujus operis titulus est: Das Buch der *Chirurgia* Hantwirchung der wundartzny von Hyeroimo Bruschwig. Instructum est figuris ligno incisis, & tali concluditur fine: durch Johanem Grüninger getruckt un vollendet zu strasburg uff dinstag nach sant Peter unnd pauls tag. anno dni 1497.

Liber, *Maittairio* (o) plurimisqve ignotus bibliographis, inter reliqva a *Gruningero* (p) procurata opera enumeratur a *P. Marchand* Dictionaire Historiqve pag, 289. In exemplari qvidem suo Marchandus legit getruckt 1397, numero trino pro qvaternario per errorem typothetæ posito: illius tamen exem-

(o) In libris in Germania excusis *Maittairii* copiam & solitam *ακριβειαν* desiderant Germani, & qvidem jure meritoqve.

(p) De impigro typographo *Gruningero* plura habet *Schoepflinus* Vindic. typogr. pag. 105.

exemplar cum noſtro ejusdem eſſe editionis evincit *Meuſels* hiſtoriſche Litteratur für 1781. pag. 155.

1498.

XII. Summa Johannis. Fol.

Titulus libri hujus in folii primi parte anteriore legitur *Summa Johannis Tho dude;* folii pagina averſa ligno inciſa repræſentat Imperatorem Romano-Germanicum in ſolio ſedentem ſceptro, globulo regiminis & aqvila inſignem cum tribus electoribus a dextra & qvatuor a ſiniſtra, deinde in foliis ſeptem ſeqvitur: De tafel un dat regiſter ouer dat bok genomet Suma iohanis dar man inne vint wor aff dyt boek leret na ordenige des a b c. Poſt tabulam prologus his incipit verbis: Hir heuet ſyk an de vorrede deſſes bokes genomet Summa Johanis welker de erwerdige vader leſemeſter Johanes va vriborch pdiker ordes. to latine gemaket un uth de hillige decretboke getoge hefft. Un van latine in dat dudeſche gemaket



maket dorch eine hochgelerde doctore gehett Broder Bartolt del sulve pdiker ordes vl menige stede nomet un allegeret i de geistlike un wertlike rechte alse me hir na vit.

Impressus est liber duabus columnis in qvavis pagina cum signatura numerum qvaternionum indicante, sed absqve custode & numero paginarum: Argumenta capitum literis majoribus qvam textus distincta sunt: cuilibet paginæ in fronte adjecta est litera ista Alphabeti, cujus verba exponuntur. Opus ita terminatur: Hyr endyget syk Summa Johannis de ghetogen is uth dem hilligen Decreth (*Decret*) böke dat allernütest is den luden to wetende tho örer sele salicheit unde van Latine in dudesch ghemaket is dorch einen hochlerden man broder Bartholt pdiker ordes. Et infra: *Explicet Summa Johannis Translata de latino in vulgare, multum utilis pro habentibus curam animarum clericis simplicibus, nec non laycis, qvi se informare possunt ex eodem in diversis & variis casibus & punctis Juris canonici subtilissimis occurrentibus. Impressaque*

ſuqve opulenta in ſcivitate Magdeburgk. per Mauriciu Brandis Anno Domini 1498. *Quinto (Quinto) ydus menſis octobris.*

Unicæ, qvam affert *Maittairius*, libri præſentis editioni germanicæ Auguſtanæ 1482. qvatuor alias itidem Auguſtanas & qvidem antiqviores addidit *Zapfius* in Annal. Typogr. Aug. ſc. annorum 1472, 1473 & 78. apud *Joh. Bæmlerum* & 1480. per *Anton. Sorg.*

Ad manum qvoqve eſt alia ejusdem libri editio, qvoad lingvam totamqve diſpoſitionem haud eqvidem multum differens ab iſta jam deſcripta: eſt tamen alia, typis majoribus & magis concinnis & charta candidiori & firmiori exſcripta: in fine vero folia nonnulla lacerata annum locumqve editionis indagare vetant. Literæ initiales rubro adſcriptæ ſunt colore. Incipit vero ita: Dyt ys de tafelle un dat regiſter auer dat bock ghenomet Suma Johannis dar me inne vindet woraf dyt bock leret na ordenynghe des a b c.

Sine

LIBRI SINE INDICIO ANNI, LOCI ET TYPOGRAPHI IMPRESSI.

XIII. GLOSSÆ SALOMONIS. Fol.

Lexicon hoc latinum usqvam typis vulgatum fuiſſe latuit *Jöcherum* 2ter Th. pag. 2000. Hambergerum Nachr. von Schriftſt. 3ter Th. pag. 625. *Fabricium* Bibliotheca med: & inf. Latin. ed. Manſi tom. IV. pag. 192. ut & autores *Hiſtoire literaire de la France* tom. V. pag. 400. Manu vero exaratum aſſervatur, teſte *Goldaſto* Scriptor. rerum Alamanicarum tom. I. pag. 145. S. Galli in monaſterio & Conſtantiæ in Bibliotheca cathedrali, ut & in Bibliotheca S. Germani Pariſienſis teſte *Du Cange* Gloſſ. med. & inf. Lat. edit. Bened. pag. XLI. in præfat.

Verus operis autor eſt *Iſo Magiſter*, Monachus Sanct-gallenſis ſeculo 9no celeberrimus & magni nominis, qvi diſcipulos habuit illuſtres illius ſeculi viros Notkerum, Ratpertum; Hartmannum, & Salomonem Abbatem, Sanctgallenſem & deniqve Conſtantienſem

fem Episcopum factum (q). Sub hujus verò *Salomonis* discipuli sui, qvem præ cæteris amavit, nomine, *Iso* edidit Lexicon hoc, de qvo habetur insigne istud apud *Du Cange* loco nuper.cit. testimonium. „Illud qvidem „glossarium cæteris, qvæ subsecuta sunt, jure „præferri debet, cum ex pravis illis ac semi„barbaris vocabulis, qvæ ea induxere, vix „habeat, præter ea qvæ ex glossis interdum „aliqvot laudat; sed synonyma complura, „eaqve a probis scriptoribus repetita, con„tineat.“

Excusum est opus hoc, qvantavis auri summa pretiosius, in forma fol. majori, in qvavis pagina columnis duabus & lineis 55, in charta robusta lato margine instructa, characteribus italicis parvis, tantum non ad venustatem Venetarum Jensonii accedentibus. Habet punctum & duo puncta nec alia signa distinctionis: compendia literarum non admodum

(q) Hattone Archiepiscopo Moguntino, ipsi propter animi acutissimum solertiam amicissimo, opitulante, refert *Goldastus* loc. cit. pag. 12.

dum intricata nec admodum multa: nec custodes, nec signatura, nec ciphri numerum foliorum indicantes adsunt: Diphtongos non admittit: Literæ initiales, qvando nova incipit litera Alphabeti, flosculorum ornamentis sunt insignitæ. — Constat opus partibus duabus sc. Lexico majori, & minori, qvod est qvasi compendium prioris; lexicon majus constat foliis 238, in qvorum primi columna sinistra extat: *Epistola prælibaticia in seqventis operis commendationem brevibus absoluta incipit feliciter.* ex qva seqventia transscribo: *Qvodsi feræ bestiæ vocis etiam suæ funguntur commercio, per illud naturæ affectum mutuo cognoscentes: nonne admiraculo ducendum, homines, qvibus natura datum est, ut ratione vigeant, eam ignorare lingvam, in qva a pueris studii sui tempora triverunt & bestiis hac in parte se pati brutaliores. Ergo Salomon ille noster secundus ecclesiæ Constantiensis Episcopus his frena cupiens imponere, qvid æger ab ægroto differat, eleganter, latine, aperte, plane, distincte & ordinate in hoc opere brevibus disseruit. Cui Glossæ non Catholicon, qvod est*

est universalis, ut Johanni Januensi, est titulus, qvi gloriatur continere se omnia, cui pulchre a qvodam objicitur: præter utilia. Hoc idem omnis sentit Italia (r)*; hoc canonum & legum scholares. Solis vero ignaris suum pannuciatum placet latinum, qvibus ut etiam eorum aliqvid exempli afferam, ita suus dicendi mos est: etsi solveret mihi collum, ego non possem id facere. Ecce Tulliana! sed qvid Tulliana! verum asinina elocutio. Ea propter si illustrium virorum scripta memoria repetas, facile intelliges summa hæc diligentia apud*

(r) Hoc idem sentit *Erasmus Rot.* vid. ejus Operum edit. Lugdun. 1703. tom. VI. „pag. 511. F. Deum immortalem! qvas „nænias adducit auctor Catholicon de hac „voce *Tristegum.* O miserum illud seculum! cum ex hujusmodi libris velut ex „adytis petebantur oracula litterarum.“ — Et rursus tom. eodem pag. 1017. E. — „Qvanto insulsius imo impudentius (qvam „Thomas Aqvinas) delirat super hac voce „*in melotis* autor operis omnium indoctissimi, qvod vocant Catholicon.“

apud eos observata, & ab his tibi imitandi vestigia relicta (s).

Operi nostro eximium parit valorem, qvod vocabula nonnulla, præsertim primitiva, cum explicantur, simul vertantur germanice; unde forsan larga messis, penitiori cognitioni lingvæ medii ævi germanicæ inserviens, exspectari posset: ulteriorem vero & doctiorem hoc postulat disqvisitionem; speciminis causa nos qvædam, dum librum obiter pervolvimus, occurrentia prælibamus, addita simul verborum significatione vernacula:

Agaso	*Marsalch* huic respond. nostr.	Marstall.
Agonita	. *Kempho*	Kiempe.
Amita	. *Basa*	Faster.
Angvilla	. . *Aul*	Aal.
Anser	. *Ganzo*	Gaas.
Antlia	. *Churba*	Kurv.

Bardus-

(s) A Typographo vel Editore adjecta est præfatio hæc multo qvam opus ipsum recentior; Catholicon enim, cujus fit mentio, in fine demum seculi XIII. prodiit.



Bardus-Carminum conditor.

Calx . .	*Chalch* . .	Kalk.
Cauſtica .	*Zuntra* .	Tønder.
Cippus .	*Stoch* . .	Stok.
Corium .	*Leder* . .	Læder.
Cor . .	*Herza* . .	Hierte.
Coqvo .	*Chochen* .	Kaage.
Cortex .	*Rint* . . .	Rind.
Fagus .	*Puocha* .	Bøg.
Fiſſa . .	*Geſpalten* .	Splittet.
Forceps .	*Zang* . .	Tang.
Galea .	*Helm* . .	Hielm.
Gallus .	*Han* . .	Hane.
Gallina .	*Henne* . .	Høne.
Granum .	*Chorn* . .	Korn.
Granarium .	*Korenhus* .	Kornhuus.
Humerus .	*Achſel* . .	Axel.
Ignitabulum	*Luichta* .	Lygte.
Padella .	*Pfann* . .	Pande.
Pala .	*Schufel* . .	Skovl.
Palus .	*Pfal* . .	Pæl.
Pera .	*Taſca* . .	Taske.
Faſciculus .	*Gibuntilo* .	Bundt.
Peſſulum .	*Schlos* . .	Slaae.

Textura .	*Gewepft* .	Wev.
Faux .	*Guomo* . .	Bom.
Ficecula	*Snepha* . .	Sneppe.
Feftuca .	*Halm* . .	Halm.
Finio .	*Marcho* vel *Enton* .	merker, ender.
Talus .	*Enchila* . .	Ankel.
Veru .	*Spiz* . .	Sped.
Uncinus .	*Hacp* . . .	Hage.
Ulula .	*Nachteul* . .	Natugle.
Vivum argentum .	*Keckfilber* .	Qvægsølv.
Volvo .	*Vuelzo* . .	Vælter.

Ut vero de valore & indole operis tutius & certius ferat lector judicium, momenta præcipua qvorundam apponam articulorum: VULNUS *aporia, cura, angor, anxietas, dolus* (t) VULNUS & ULCUS *ita diftinguitur, qvod vulnus ad animum refertur, ulcus vero ad corporis injuriam: item* VULNUS, *corporis plaga recens,* ULCUS *inveteratum vulnus. Item* VULNUS, *quod ferro fit,* ULCUS *vero putredo ipfa.* —

VULPES

(t) errat. Typogr. pro *dolor.*

Vulpes *fraudulenta sunt animalia quæ in fossis vel specubus se absscondunt, unde & dominus ait: Vulpes foveas habent. Quæ cum apparuerint, nunqvam rectis itineribus sed tortuosis anfractibus currunt. Physici autem dicunt dolosam esse naturam animalis ejus supra modum. — Vulpis dicta qvasi volupes, est enim volubilis pedibus. Vulpes, vulpecula, fuchsa.*

Inter vultum & faciem hoc interest: Factus (*error. pro* Facies) *est naturalis oris habitus immotabilis.* Vultus *vero pro rerum ac temporum qualitate varius & commutabilis, & interdum affectione animi modo lætus modo tristis.*

Uxores *vocatæ qvasi unxiores: moris enim erat antiqvitus ut nubentes puellæ simul venirent ad limen mariti, & postes anteqvam ingrederentur, ornarentur laneis vittis & oleo ungerentur.* — Uxor, *matrona, conjunx.*

IRA & IRACUNDIA *ita distingvitur: Ir præsens est & ex causa nascitur, iracundi autem vitium naturale & perpetuum est. Erg iratus pro tempore concitatur; iracundus au tem frequenter irascitur & ad levem sermon auram, qvasi a vento folium, commovetur. - Ira est repentina animi commotio, odium inveterata ira, quæ ab ira generatur.*

Ad vocem *gens* postqvam ex Mose & J sepho qvædam de migratione gentium attuli *vix homines doctissimi antiqvissimas histori perscrutantes nec omnium sed aliqvarum gen tium nomina & loca potuerunt repcrire. In Romanos graves, græcos leves, Afri versipelles, Gallos natura feroces atqve acri res videmus qvod natura climatum facit. Qu busdam autem nationibus sua cuiqve vestis propria: ut Parthis sarabaræ, Gallis lim Germanis renones, Hispanis stringves. Nonnullæ etiam gentes non solum in vestib sed & in corporibus aliqva sibi propria qu insignia vendicant: ut videamus cirros Gu man*

manorum, *granas* (u) & *cinnabar Gothorum*, *stigmata Britanniorum*.

Lexicon minus constat foliis 48 eodem, qvo majus, modo impressum similiterqve titulo & indicio autoris, typographi, anni & loci impressionis destitutum.

XIV. Vincentii Bellovacensis Opuscula. Fol.

Typis Gothicis absqve signatura, custode, numero paginarum, literis initialibus & diphtongis exscriptus est liber hic, qvi signa distinctionis habet punctum & colon, freqventibusqve scatet abbreviaturis. In qvavis pagina deprehenduntur lineæ 40.

In foliis 33. legitur primum *Vincentii Tractatus de morali Principis institutione*, qvem

C 4

(u) *Isidorus* Orig. lib. XIX. cap. 23. ex qvo Noster sua compilavit, habet *granos*, forsan ex nostro emendandus. Conf. *Du Cange* Glossarium ad has voces.

qvem qvidem typis excusum esse ignotum reperio *Jöchero*, &, qvem ille secutus est, *Echardo* Scriptor. ordinis Prædicator. Paris 1719. pag. 239. qvi ambo opusculum hoc tantum exstare manuscriptum asseverant. Ex codice qvodam manu exarato in Anglia asservato prologum affert Echard l. cit. — sic incipit: „ Carissimis ac religiosissimis in Christo viris „ & illustrissimis Dominis omni honore ac re- „ verentia dignis principibus, Ludovico Dei „ gratia Regi Franciæ ac Theobaldo ejusdem „ favente clementia Regi Navarræ & comiti „ Campaniæ; frater Vincentius Bellvacensis „ de ordine Prædicatorum salutem in omnium „ Salvatore.“ Loco autem vocis *Carissimis* in libro nostro legitur *Clarissimis* — qvod aptius esse nemo non vidit. Sic infra Mstum male habet *consolariis*, impressus liber vero *consiliariis*: qvod habet *Echardus*: *qvia videlicet postulatio vestra per venerabilem patrem nostrum fratrem Umbertum totius ordinis rectorem atqve magistrum mihi innotuit*; in impresso codice legitur: *qvæ postulatio*, qvod melius esse docet contextus.

Hujus

Hujus tractatus capitula 28 numerat *Echardus*, in nostro vero tantum habentur 27. Capitulum primum sic in nostro codice incipit: *Princeps dicitur qvasi primum caput vel primum capiens sive primatum, Qui utiqve locum non habuit in hominibus a principio naturæ bene institutæ sed increscente malitia ortum habuit ab infidelium ambitione, tum enim omnes natura essent pares Nimroth de stirpe Cham primus regimen supra homines sibi usurpavit.* In folii trigesimi qvarti parte anteriore: *Incipit prologus libri secundi de nobilium puererum institutione.* Prologus complectitur libri dedicationem Reginæ Franciæ Margaretæ. Hic tractatus typis excusus est in collectione opusculorum Vincentii per *Johannem de Ammerbach* pocurata Basileæ 1481. (x) Post folia 69 incipit *Prologus in librum tertium de consolationibus specialibus super morte filii:* in Collectione Amerbachiana vocatur „Tractatus valde, consolatorius pro „morte amici,“ & in qvodam msto codice apud *Echardum* „Epistola Consolatoria Vin-

(x) Est etiam hæc editio in Bibliotheca Reg.

„ centii Belvacensis ad Regem Francorum Lu„ dovicum super morte Ludovici primogeniti „ sui.“ Folii qvadragesimi tertii paginæ postrema opus clauditur tali; subscriptione: *Vincentii Belvacensis ordinis Prædicatorum religiosissimi professoris de liberali Ingenuorum institutione pariter & educatione liber finit feliciter: infra — Hic est ille Vincentius memorandus Historicus, moralis pariter & naturalis cognitor disciplinæ, universæ etiam doctrinæ accuratus fidelisqve diffusor: qvibus de rebus scripserit bis bina volumina, qvæ ob nudam aptamqve veritatem, qvam præferunt* SPECULA *nuncupantur: Hic propter singularem industriam & exqvisitum ingenium Ludovico regi Franciæ & Theobaldo Navarræ regi additus familiariter, eorum oratu hunc ipsum, qvi in manibus est, librum edidit tam divinarum qvam secularium literarum generosas texens sententias instituto operi accomodatas.*

— — *Imitatus apes, qvæ vero sereno*
Floribus insidunt variis, & candida circum
Lilia

Lilia funduntur; tum cum liqventia mella
Stipant & dulci distendunt nectare cellas.

Editionem hanc seculo XV. adscribendam esse nullum est dubium; locum vero impressionis, artificemqve, ex cujus exiit prelo, conjectura asseqvi perdifficile videtur: figura characterum aliisqve indiciis adductus b. *Temlerus*, vir in hoc studiorum genere versatissimus & thesauri primorum Impressorum haud contemnendi ipse possessor, credidit impressum esse opus hoc (y) Rostockii per *fratres Presbyteros & Clericos Congregationis viridis horti ad sanctum Michaelem*, ut sonat subscriptio Lactantii per ipsos excusi anno 1476. & qvi in fine Sermonum Bernhardi Clarevallensis ibidem 1481. (z) editorum *fratres communis vitæ ad sanctum Michaelem* vocantur, qvorum officina typographica etiam viguit initio seculi XVI. vid. Catalog. Bibliothecæ Tem-

leria

(y) Qvod morte ejus præmatura in Regiam migravit Bibliothecam.

(z) Hujus editionis ut & Lactantii exemplar asservat Biblioth. Reg.

lerianæ pag. 3. it. Etwas von gelehrten Ri stockischen Sachen 1740. pag. 533. & seq.

XV. Vocabularium Latino-Græcum. Octavo.

Habentur in qvavis pagina vocabula latin ordine alphabetico a sinistra, & græca a dextra: neqve folia neqve paginæ in parte superiori numerantur, nulli custodes, nullus titulus nec litera initialis: charta non admodum candida: characteres latini bonæ notæ, græciqve grandiores: in epistola latina præfixa habentur punctum, colon & signum interrogationis ut & diphtongus *æ*. Signaturæ exprimuntur literis romanis majoribus, interdum etiam minusculis; sub extrema linea paginæ positæ sunt, si *Xi* exceperis, qvod ad extremæ lineæ latus reperitnr.

Qvando litera nova incipit Alphabeti plerumqve sed non semper in area majori vacua expressus est character romanus minor, qvo inscius Miniator in litera adpingenda minus erraret.

Libro

Libro præfixa eſt epiſtola: *Bonus Accurſius piſanus clariſſimo viro Antonio braccello juriſconſulto primario ac ducali ſenatori ſalutem plurimam dicit.* In epiſtola hac dedicatoria autor vocabularii nominatur *Johannes* Monachus Carmelitanus, qvi cognomine *Craſton* v. *Creſton* dictus Placentiæ originem debet, cujusqve merita in literas græcas latinasqve pluribus deſcripta legas in *Joſ. Ant. Saſſi* Hiſtor. litterario-typographica *Phil. Argelati* Bibliothecæ Scriptorum Mediolanenſium præmiſſa pag, CLXVIII. & apud *Maittairium* Annal. typogr. tom. I. ed. 2. pag. 42.

Dedicatio *Boni Accurſii* (a) legitur apud *Saſſium* libro cit. pag. DXLV. non vero ſatis accurata eſt ſeqvens *Saſſi* annotatio: „qvandoqve latinis vocibus in græca columna ſuum non „reſpondet vocabulum, & vacua relinqvitur „area — ex ſedula obſervatione deprehendi „in iis tantum omitti, qvæ eodem cum ſuperiori voce nomine concordant ut *accubatio,* „*accu-*

(a) Aliàs *Buonacorſi* vid. *Denis* Merkwürd. der Gar. Bibliothek pag. 96.

„*accubitus*, soli enim primæ voci græcum vo„cabulum κατάκλισις opponitur, qvo etiam „secunda significatur:“ in cæteris qvidem convenit; voci vero latinæ *callide* nullum est qvod respondere posset, vocabulum græcum nec proxime antecedenti significari potest præcedit enim *calide* græce θηρμῶς.

Maittairius nullam hujus libri editionem habet antiqviorem 1497, qvo anno impressus est liber hic *Regii* in forma 4ta. Annal. typgr. tom. I. edit. 2. pag. 637. Nostram vero editionem nullus vidit Bibliographorum, nisi solus *Sassi* l. cit. pag. DCXII & DXLIV, qvi tamen exemplar non integrum sed postremis paginis spoliatum recenset reservatum in Bibliotheca *S. J. Braydensi*.

Post vocem ultimam *uxorius* græce γυναικοφίλης legitur *Finis* τελος absqve ulla denominatione anni aut Tygographi, qvos in calce, qvo suum carebat exemplar, descriptos esse opinatus est sæpius laudatus *Sassius* l. cit. prodiit vero post 1480 eodem typorum

ge

genere, qvo exfcriptum eft Pfalterium Græco-Latinum Noftri Joh. Creftoni *Mediolanenfe* anni 1481. (b)

XVI.

Vocabulario fub No. præcedenti defcripto adhæret, omniqve absqve præfamine aut titulo incipit SAXOLI PRATENSIS VIRI DOCTISSIMI DE ACCENTIBUS AC DIPHTOGIS ET FORMATIONE PRÆTERITORUM GRÆCORUM.

Abfolvitur hic libellus foliis 6 in 8vo absqve fignatura, cuftode, aut numero foliorum: typi vero tam græci qvam latini iidem plane funt cum iftis Vocabuliftæ. — De Temporibus verborum differit feqventia. *Tempus eft omne divifum in partes tris. in* ἐνεστως, i. e. *præfens.* παρεληλυθῶς i. e. *præteritum &* μελλων i. e. *futurum. pteritum rurfum quadrifaria dividitur in* παρατατικὸν i. e. *imperfectum.* παρακείμενον i. e. *perfectum.* ὑπερσυντέλικον. *plus-*

(b) Hocce etiam rariffimo Pfalterio optime confervato fuperbit Bibliotheca Reg.



plusqvam perfectum: & ἀοριστον. indefinit — indefinitum est hoc quod pro perfecto & pl qvam perfecto poni potest: ut ἐγραψά σοι τ νῦν nunc. εγραψα σοι. παλαι. i. e. diu. n autem possumus dicere γεγραφα σοι πάλαι ι ἐγεγράφειν σοι νυν.

Sine indicio anni aut loci impressio clauditur seqventi observatione: *Metolig mellon* i. e. *paulo post futurum qvod atticor proprie est: a meso futuro comodissime dedu tur: augumento paracimeni sui præposito: τύψομαι τετύψομαι. qvod qvidem augum tum in omnibus modis etiam in participio su & paracimenus servat.*

Scriptorem hunc ejusqve opusculum ap *Jöcherum* atqve *Argelatem* frustra qvæsi extat vero ejus libellus sive epistola de pr ceptoris sui *Victorini Feltrensis* doctrina moribus in *Martene* & *Durand* Collectio veter. scriptor. & monum. tom. III. pag. 84 & plura de ipso ejusqve miritis in literas gr cas refert *Ang. Mar. Qvirinus* de optimoru Scriptor. editionibus edit. *Schelhornii* pag. 15

XVI

XVII.

LEONIS PAPÆ SERMONES. Fol.

Editionis hujus antiqvissimæ *Maittairio* ignoræ duo Bibl. Regia offert exemplaria nota anni loci & typographi destituta: prodiit ante 1470. & sine dubio Romæ per *Uldaricum Hahn.* (c)

Primum folium occupat operis dedicatio & *Johannis Andreæ episcopi aleriensis adsummum pontificem paulum secundum venetum epistola in laudem ipsius sancti leonis pape*, qvæ tota legitur & extricatur apud *Qvirinum* l. cit. pag. 133. qvi duo etiam hujus rarissimæ editionis exemplaria ad manum habuit: duobus vero in locis hæc epistola discrepat a nostris exemplaribus; codices nostri legunt: *Est leo arte ecclesiastice dictionis tullius. theologie homerus. racionum fidei* (hic Qvirinus male legit *fides*) *aristotiles & ut omnia unico absolvam*

D *verbo*

(c) v. *Engels* Bibliotheca Selectissima pag. 89. & *Strobels* Miscellaneen litterarischen Inhalts pag. 12.

verbo petrus in potifico throno paulus in pito christiano — de quo a me magis stupente quam laudante id solum accipi d velim amari facile leonem posse pro merito quum pdicari licere. (hic Qvirinus ante v prædicari inserit synonymum *laudari.*)

Post epistolam — *Sequuntur rubric eius operis per ordinem* in foliis duobus. I &c — *liber sermonum sancti leonis primi doctoris floridissimi ac eloqventissimi incipi liciter.* — Sermo primus *de ordinacion in pontificem.* Ultimus sermo est *contra ticem hereticum;* & in fine conclusio o ita: *Expliciunt sermones leonis pape.*

Constat opus totum foliis CLII, exs tum typis gothicis, duabus literis inter combinatis, absqve literis initialibus, cust signatura & numero paginarum: loco d longorum *æ* & *œ* adhibitum est *e* simple patet ex allatis signa distinctionis habet p tum & colon. *Paschasius Quesnellus,* Lutetiæ 1675. Lugduniqve 1700. opera

I

Leonis Magni, nullam qvidem cognovit edi-
m Sermonum Leonis ante Venetam 1485,
æ tamen est septima: qvatuor enim illa Ve-
tæ vetustiores recenset *Maittairius* tom. V.
rs postr. pag. 12. aliam æqve ac no-
am Maittairio incognitam describit *Denis*
erkwürdigkeit. pag. 194.


XVIII.

USEBII PRÆPARATIO EVANGELICA.

Folio.

Er multa *Eusebii Pamphili Cæsariensis*
ipta judicio Eruditorum eminet Προπαρα-
υὴ Ευαγγελικὴ, opus nobilissimum & au-
contra non carum a *Sam. Basnage* appel-
um: operis igitur latina versio *Georgii Tra-*
zuntii, Papæ *Nicolao V.* inscripta, qvam-
manca & confusa, sub incunabula artis
ographicæ sæpius prodiit.

Nec apud *Maittairium* nec apud alios,
os evolvi, monumentorum typographico-
s descriptores injecta est mentio nostræ



editionis, qvæ indicio anni, lociqve impreſſi nis & nominis Typographi caret. — Characteres ſunt Gothicæ formæ; non raro unus typus binas ternasve literas junctim complectitur; ſingulæ paginæ in binas columnas dividuntur; folia ipſa non ſignata neqve numeris neqve literis; cuſtodes nulli; ex interpunctionibus punctum, colon & ſignum interrogationis; literæ initiales penicillo additæ; ita ut infantia artis & operarum ruditas undiqve appareat.

Primum operis folium continet *Georgii Trapezuntii* ad *Nicolaum V. Pont. Max.* Præfationem, qvæ in omnibus conveniens cum noſtra etiam reperitur in editione operum *Euſebii* latina *Baſil.* apud *Henricum Petri* A. 154 Ita vero incipit Præf. *Euſebium Pamphili de evangelica preparacione latinum ex greco beatiſſime pater juſſu tuo effeci &c.* In operis ipſius initio occurrit hic error *criſtianiſmus* pro *Chriſtianiſmus.* Concluſio operis hæc habet: *Euſebius Pamphili de evangelica preparacione ex greco in latinum translatus Explicit feliciter.*

XI

XIX.

Gesta Romanorum. Fol.

Absqve titulo ſic in fronte libri: *Incipiut hyſtorie notabiles collecte ex geſtis romanoru & quibusda aliis libris cu applicacionibus eorundem.*

Operis editio prima apud *Maittairium* & *De Bure* eſt Goudæ 1480; noſtra vero illos latuit, qvam goudana antiqviorem eſſe recte cenſuit *Gatterer* Algem. Hiſtor. Bibliothek 7ter Band pag. 142.

Caret opus cuſtode, ſignaturis, numeris paginarum, literis initialibus & diphtongis; habet punctum tantum, & notas diaireſios in fine linearum interdum duas lineolas ſæpius unam; loco puncti literæ *i* ſuperimponendi adhibet lineolam brevem transverſam; *mihi* & *qvæſtio* legitur *michi*, *queſcio*, *redempcio* & ſic in cæteris; exſcriptum eſt in charta lævigata, columnis duabus in utraqve pagina typis minoribus gothicis, qvos non fuſos ſed

ſculptos eſſe judicatur Allgem. hiſtor. Bibliothek. loc. cit. Folia numerando deprehendi eſſe CXVIII, in ultimo vero folio pagina tantum prior impreſſa eſt, qvæ nullam aliam operis præbet concluſionem qvam *Et ſic eſt finis.*

In narratione de *Marco Curtio*, qvi abyſſo Romæ in foro apertæ ſe præcipitem eqvo dedit ex oraculi reſponſo, in qva qvidem heros vocatur *Marcus Annilius*, extat hic error typographicus — *Et ſtatim terra tegra ſe clauſit;* & in moraliſacione ſuper hiſtoriam *aute criſti nativitate* pro *ante*.

XX. a.

Dyalogus Salomonis et Marcolfi.

Qvarto.

Conſtat foliis 12, caret reclamantibus & ciphris numerum paginarum indicantibus; forma characterum gothica rudior eſt, cum figuris inconcinnis & abbreviaturis freqventibus. In fine: *explicit Dyalogus Salomonis & Marcolfi.*

colfi. Infra manus coætanea fcripfit 1483. (d) Verfionem germanicam editam Auguft Vindel. 1490. in 4to. recenfet *Zapf.* Annal. typogr. Auguft. pag. 35.

XX. b.

AUR. AUGUSTINI LIBRI XV. DE TRINITATE. Fol.

Editio hæc Anonyma defcribitur a *Denis* Merkwürdigkeiten pap. 36; plurimis Bibliographis ipfiqve *Maittairio*, qvi nullam 1489 antiqviorem admittit, incognita, nec illam contulere Monachi ordinis *Benedictini* operum Auguftini editores, variarum qvapropter lectionum fpecimen attulit *Denis*.

In defcriptione doctiffimi hujus viri, alias ad amuffim exacta, minus hoc accurate videtur „illam abbreviaturis bene multis fcatere“: e contrario lectu eft facillima paucis

one-

(d) Editio noftra itaqve fine omni dubio eadem, qvæ in Biblioth. *Uffenbach.* tom. II. append. II. pag. 28. occurrit, & circa annum 1482. *evulgata effe dicitur.*

onerata vocum compendiis v. c. *Incipiunt capitula libri primi de trinitate, de triplici causa erroris falsa de Deo opinantium, ordo disputandi de trinitate divina. De diverso juditio legentium & capacitate dissimili. Que esse ppria divine trinitatis senserint catholici tractatores.*

In fronte codicis nostri manu vetusta scriptum est: *liber ecclesiæ Haderslebensis.*



Observationes Miscellæ.

1473.

Adhunc annum recenset *Maittairius* Annal. tom. I. edit. 2. *Alvarum Pelagium de Planctu Ecclesiæ*; qvod opus fol. max. impressum per *Johannem Zeiner de Rutlingen* non 1473 sed 1474. prodiisse indicat *Veith* Diatribe de orig. artis typogr. præfixa *Zapfii* Ann. typogr. August. pag. 14.

Opus splendidum & rarissimum etiam est in Bibliotheca Regia, & subscriptionem

l. cit.

:. allatam habet, excepto qvod sphalma
igraph. *planetu* pro *planctu* non admittit.

1476.

CONRADI DE HALBERSTADT O. P. Respon-
um Curiosorum in Fol. Lubecæ 1476.
s excusum descripsit *Denis* Merkwürd.
Gar. Bibl. p. 58. Hoc opus, de qvo
qve altum esse silentium testatur *Denis*,
ibat in *Bibliotheca Danneschioldiana* vide
al. p. 129. male vero ibi inter libros mag-
idinis 4tæ ponitur, eodem scilicet, qvo Phi-
omia Regia, (de qva supra) involucro li-
um. Reperio in Catalogo Bibl. Danne-
iold. in qvo pretium & nomina emtorum
scripta, hæc duo rarissima opera in publica
rorum Danneschioldianorum distractione
cisse Ill. *Grammio* pretio 32. solidorum, qvo
ro deinde migrarunt, mihi nondum liqvet.

1479.

Joh. Marchesini *Mamotrectum seu Expositiones & correctiones vocabulorum super totam Bibliam* hocce anno Venetiis charactere parvo gothico abbreviato excusas per *Nicolaum Jenson* gallicum in forma 4ta. recenset. *Denis* Merkwürdigk. pag. 78. Extat qvoqve hæc editio in Bibl. Reg. Contendit vero *Denis* l. cit. ut & Bücherkunde 1ster Theil pag. 112. hanc editionem ignotam esse Maittairio, sed *Maittairius* illam recenset Annal. typogr. tom. I. edit. nova pap 396. — Annalium vero tomo V. pag. 47. est merus error typographicus in ciphris.

1483.

An etiam extet anni 1483. Noribergensis editio *Catholici Johannis de Janua* in dubium vocavit *Denis* Merkwürd. pag. 203. Custodit Bibl. Reg. hujus anni exemplar in forma fol.

cha-

charactere gothico abbreviato excusum, gaudens subscriptione, qvam habet *Maittairius* Annal. typogr. tom. I. edit. 2. pag. 446.



SPICILEGII BIBLIOGRAPHICI

SPECIMEN SECUNDUM

SISTENS

EX

BIBLIOTHECA REGIA HAVNIENSI

PRIMITIARUM ARTIS TYPOGRAPHICÆ

L. V. MAITTAIRIO INCOGNITARUM

DECADEM TERTIAM

IN COLLEGIO MEDICEO

DIE 19 DECEMBRIS 1782 DISPUTAVIT

ERASMUS NYERUP



HAVNIÆ 1782.

TYPIS PETRI HORREBOWII.



1481.

PETRI LOMBARDI LIBER SENTENTIARUM. Fol.

... quasi fundamento superstructa
... Philosophia medii
... *Lombardus,*
... um erat
secu-

& numero paginarum; singulæ paginæ in duas dividuntur columnas, qvarum unaqvæqve lineas comprehendit LV. in margine superiori uniuscujusqve folii literis majusculis per totum opus indicatus est liber & simul caput libri, vel, ut ibi vocatur, *distinctio* in isto comprehensa folio; in fine operis hæc subscriptio: *celeberrimus ac famocissimus theologicarum sententiarum liber, magistri petri lombardi: sacre theologie doctoris eximii. Anno domini Millesimo qvadringentesimo octuagesimo primo. Impensis Antonii Koburger Nurnberge impressus decima die may finit feliciter, ex qvo laus & gloria Deo.*

Eodem, qvo liber jam descriptus, volumine compactus est *Vocabularius Juris utriusqve*, qvi apud eundem Typographum, eodem anno & eisdem plane typorum formis exscriptus prodiit; huncce cum attulerit *Mattairius* librum Annal. Typograph. Tom. I. Ed. 2. pag. 425, magis est qvod mirer, alterum illum ejusdem artificis & ejusdem anni illi fuisse incognitum.

1487.

1487.

XXII. Bernhardi de Parentinis Elucidarius Missæ. Fol.

Liber hic jam instructus est signaturis alphabeti literis minutioribus indicatis, & folia etiam in parte suprema numerantur characteribus Romanis in utraqve pagina folii uniuscujusqve simul expressis, talis vero exactitudo in tanta editionis vetustate minime est vulgaris: nullæ autem inveniuntur voces ita dictæ reclamantes, nec diphtongi, nec ullæ interpunctiones minores: character est gothicus compendiis haud paucis deformatus; singulæ paginæ habent columnas duas, qvæ in qvovis folio numerantur per literas supra in margine positas A. B. C. D. lineas unaqvæqve columna habet XLV.

In primo codicis folio, qvod infra signatur *a* 2 & supra numeratur *Folium I*, legitur titulus & argumentum libri seqventibus: *Elucidarius omnium difficultatum circa officium*

 missæ

misse occurrentium fratris ber (Bernhardi) *de parentinis ordinis predicatorum provincie tholosane: conventus orthesii in vasconia: qui in hoc opere seqvitur illustrissimi ac eximii doctoris sancti Thomæ de aqvino, determinationes & dicta qvoad conclusiones, qui aliter lilium misse nuncupatur incipit feliciter. — Incipit epistola. — Reverendissimo in Christo patri ac suo pre ceteris domino speciali domino P.* (Pictavino) *divina providentia episcopo albiensi, vester humilis famulus ber.* (Bernhardus) *ordinis predicatorum & conventus orthesii* &c. Ad finem hujus epistolæ nuncupatoriæ legitur: datum & completum tholosane, in vigilia beati Dominici Anno domini MCCCC qvadragesimo secundo. Evincitur vero in *Echardi* Scriptor. ord, Præd. Tom. I. pag. 612 hic subesse errorem, C scilicet unum superfluum additum, legendumqve esse MCCC qvadragesimo secundo, tunc enim floruit episcopus Albiensis Pictavinus. Nostra qvidem editio ignota erat *Echardo*, ad manum vero habuit recentiorem Parisiensem anni 1531, qvæ eundem errorem cum nostra editione, ex

ex qva fine dubio fluxit, haberet communem. Hactenus qvidem bene *Echardus:* cum vero subjicit l. cit. „Qvod in errorem induxit Tri„themium & feqvaces, Lusitanum, Eysen„gremium, Possevinum, Fernandez, Alta„muram, qvi Bernardum nostrum ad 1442 „referunt feculo integro antiqviorem“, mire fallitur; partim enim non patet, qvi fieri posset, ut erratum in editione libri anno 1531 procurata commissum in errorem induceret Trithemium, qvi obiit 1516; & praeterea omnino falsum est Trithemium & Altamuram referre Bernardum nostrum ad annum 1442. In editione prima libri *Trithemii* de Script. Eccles. evulgata Basileae 1494 extat in folio 86 in fine paginae secundae „Bernardus Parentinus ordinis fratrum prae„dicatorum vir in divinis scripturis: & lon„ga exercitatione peritus atqve in scholasti„cis disciplinis non mediocriter doctus inge„nio subtilis & clarus eloqvio &c. Claruit „sub Ludovico imperatore qvarto Anno do„mini MCCCXL“, qvae verba eodem tenore leguntur pag. 143 in illa libri Trithemii

editione, qvam suæ Bibliothecæ Ecclesiast. Inseruit *J. A. Fabricius.* *Altamura* in Biblioth. Dominic. pag. 116 etiam ad annum 1340 refert. « Bernardum Parentini Tolosanum conventus Ortesii in Aqvitania clarum Philosophum ac Theologum". Qvod vero ad *Ant. Possevinum* attinet, habet Apparat. Sac. pag. 217 seqq. « Bernardus Parentinus ord. Præd. Provinciæ Tholosanæ scripsit librum a se prænotatum Librum Missæ *a*), in qvo sacri Canonis & totius Missæ capita juxta doctrinam D. Thomæ enodantur. Claruit Tritem. 1440". Hic locus per errorem Typographi substituens notam arabicam qvaternarium 4 pro 3, procul dubio est fons & origo erroris Echardiani. *Jöcher* in Gel. Lex. & Fabricius in Bibl. med. & inf. Latinitatis etiam recte retulere Bernardum ad seculum decimum qvartum.

In folio octogesimo octavo est conclusio operis: *Anno domini nativ. MCCCCLXXXVII pridie vero kalendas novembris explicit elucidarius.*

a) *Lege:* Lilium Missæ.

clarius fecit lilium misse ad honorem & gloriam illius, qui in hoc sacramento consecratur domini nostri Jesu Christi nec non illustrissimi & eximii doctoris sanctissimi Thome de aqvino cujus dicta & determinationes catholicas in hoc opere quantum ad conclusiones & multa etiam circa expositionem misse ego frater bernnardus de parentinis ordinis prædicatorum provintie tholosane & conventus orthesii in vasconia secutus sum qui quidem doctor egregius ad preces omnium magistrorum in parisius (parisiis) *super hoc scripsit quod verum esse videbatur. & postquam scripsit libellum suum præsentavit crucifixo in altari rogans ferventissime quod si vera de eo scripserat ipse sibi respondere dignaretur, & tunc crucifixus respondit bene scripsisti de me thoma. Idcirco apparet liquide ex confirmatione & approbatione divina, quod qui hunc doctorem seqvitur non ambulat in tenebris sed habebit lumen vite quod nobis concedat dei filius in secula seculorum benedictus. Amen*

Ad hunc locum annotavit *Echard* l. cit. „Alva „ (in libro dicto: Funiculi nodi indissolubiles „ &c.) mire torqvetur ob relatam a Bernardo

 „nostro

„ nostro doctrinæ S. Thomæ ex óre crucifixi „ approbationem & in omne latus se vertit, „ ut eam pessum det, sed incassum, cum ex „ hoc scriptore pateat non recens inventam, „ sed mox a Sancti canonizatione palam præ„ dicatam ".

Bernardi nostri ne qvidem nomen in *Maittairii* annalibus occurrit; editionem *Lilii* Coloniensem 1484 & duas seculi XVI. nominat Echard, de nostra vero indicio loci est typographi destituta ubiqve silentium est.

In foliis sex postremis excusa est *Tabula sive directorium denotans materias secundam Alphabeti ordinem in hoc opere contentas. In qua quidem tabula duo restant diligenter notanda. Primo quod numerus circa quamlibet clausulam inventus signat numerum foliorum. Litere vero eidem conjuncte signant columnas cujuslibet folii, ut patet intuenti.* Folia hæc sex habent signaturam, ast non in parte superiori numerantur; singula inscribuntur *Tabula materiarum.*

ABSQVE

ABSQVE NOTA LOCI ET ANNI.

XXIII. JACOBI DE THERAMO LIS CHRISTI ET BELIAL. Fol.

Foliis 95. impressa est hæc editio absqve reclamantibus, signaturis & ciphris, unaqvæqve pagina habet columnas duas, & qvælibet columna lineas 36; forma typorum est gothica incompta, & compendia scripturæ bene multa admittit; loco omnium signorum distinctionis adhibet punctum unum rude: habet ita omnes notas magnæ vetustatis, ut omnium hujus libri editionum prima qveat haberi.

Opus in fronte hunc præfert titulum! *Lis Christi & Belial judicialiter coram Salomone judice a sede divina dato agitata super spolio & violencia per eundem Christum in inferno commissum singularem practicam continens incipit feliciler.* Deinde in nova linea, *universis Christi fidelibus atqve orthodoxe sancte matris ecclesie fidei cultoribus hoc breve compendium inspecturis Presbyter jacobus de the-*



ramo b) archidiaconus aversanus & canonicus aprutinensis & in jure canonico padue discipulorum minimus sub vestrarum oracionum recommendacione animarum & corporum in eo salutem qui mortificat & vivificat deducit ad inferos & reducit.

In nostro exemplo manus vetusta in folii XII. columna altera post lineam ultimam supplevit qvinqve verba, qvæ incuria typographi ex hac exciderant editione, scilicet post: Item nota qvod *tale juramentum calumpnie in principali* jam seqvitur folio verso: causa præstitum servat partem indempnen &c.

In fine operis seqq. *datum aversæ prope neapolim die penultimo mensis octobris indictionum VI anno domini MCCCLXXXII pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini urbani sacrosancte ac universalis ecclesie pape sexti anno quinto & etatis mee anno tricesimo tercio que etas in homine semper peccatrix habetur & peccatorum plena, tam juvenes quam senes.*

b) *Dicitur* etiam Jacobus de Ancharano.

ſenes meditentur in hoc opuſculo & perpendant magnam dei miſericordiam peccatoribus adeſſe & ideo opuſculum iſtud inter eosdem nominetur peccatorum conſolacio c). Infra leguntur verſus ſeqventes:

Ut gaudere ſolet feſſus jam nauta labore
Deſiderata diu litora tuta videns.
Haud aliter preſſor hujus jam fine libelli
Exultat viſo laſſus & ipſe qvidem.
Laus criſto detur fluit a qvo qvicqvid habetur.

Jaco-

c) Hunc etiam titulum exhibent operis verſiones gallicæ apud *De Bure* Bibliographie Bell. Lettr. tom. II. pag. 224 & Flandrica apud *Marchand* Hiſt. de l'Imprim. pag. 79, qvo ultimo loco de ſcripto (hoc ſeqvens fertur judicium: „On amuſoit autrefois le Peuple par ces ſortes des fictions, pretendues pieuſes, farcies „des dogmes les plus abſurdes ainſi qve des „Superſtitions les plus groſſieres, & ou l'Ecri„ture étois ridiculement traveſtie en Farce; „& cela afin de l'empecher par la de recourrir „à la Sourçe, qv'on avoit tout l'Intérêt du „*Monde* de ne lui point laiſſer connoître.



Jacobus de Teramo etiam nomen gerebat patronymicum minus notum *Palladini*: contrarias de opella hac Eruditorum ſententias; ac in genere varia de autore, a nonnullis Atheiſta contra a Math. Flacio veritatis teſte & a Johanne Huſſ. propheta habito, judicia copioſe & erudite affert *Marchand* Diction. Hiſtor. pag. 117 & ſeqq., ubi ſimul libri præcipuum transſcribitur argumentum. Comparatur etiam ſcriptum hoc cum *Miltoni* Paradiſo amiſſo aliisqve Comœdiis ſpiritualibus, poſt multas vero diſceptationes relinqvitur ambiguum, utrum *Jacobus* ſacras ludibrio habuerit literas. an pro ſeculi ſui barbarie & ignorantia allaboraverit notitiam ſacrorum librorum latius propagare.

De multis hujus operis, primis ab arte inventa annis typis exſcriptis, editionibus & verſionibus legantur præter *Maitairium* Annal. Typograph. tom. V. part. prior. pag. 513 & 526. it. tom. I. ed. 2 pag. 759. *Zapf* Annal. Typogr. Auguſtanæ paſſim, *Freytagii* Annal. pag. 713, &, qvi inſtar omnium

eſſe

esse potest, *Marchand* l. cit. a qvo simul citantur operis duæ versiones danicæ, qvæ manu exaratæ in Museo Ill. Rostgaardii asservabantur, vid. Biblioth. Rostgaard. pag. 475 & 76.

Qvamvis tam sæpe typis sub infantiam artis typographicæ exscriptus prodierat liber, tanta nihilominus se commendavit raritate, ut Trithemius, Gesnerus, Du Pin aliiqve bibliographi manu scriptum tantum exstare asserere non dubitarint.

1492.

XXIV. Belyals Klage over Jesum. Fol.

Dyt bock holt inne van der clage unn anspra-ke de Belyal van der ganczen hellischen schare swegen ouer Jesum deit umme roef unn scha-den den he der hellischen schare gedan hefft an dem Dage syner upstandinge do he de synen uth der helle nam Dar jegen unse here iesus christus Moysen to sinen vorweser one to vor-

ans-



antworden gehat.hefft. Dar ynne mach men etlike houesche practican leren.

Est titulus libri *Palladini* in lingvam Saxoniæ inferioris versi: ex fine præfationis Translatoris germanici qvædam transscribam notatu digna, qvoniam ex illis conspicuum est, qvam de scopo & usu libri sententiam foverit Translator: ok schal nymant dyt bok also entvoldichliken vorstan, dat he geloue dat dat na geschreuen also sekerlyk geschen, Dorch des willen is dyt bock ghemaket worden dat men dar ynne lere wo men eyn geistlik recht anvaen vulboren unde enden schal, unde dat man kan erkennen unrecht unn den schaden unde sick mit reckte erweren. — God helpē uns vorbad dyt bock in synem namen to vol-bringen.

Opus forma typorum monachali, cum freqventibus abbrevationibus, excusum habet signaturas, literas initiales florentes, & ex interpunctionibus comma & punctum; sed nec reclamantes nec ciphros numerum folio-

rum

rum indicantes; instructum est figuris multis rudibus & admodum ridiculis ligno insculptis, coloribusqve itidem crassis distinctis, inter qvas eminent scenæ diabolos repræsentaturæ, in qvorum figuris exprimendis & variandis valde copiosus & ingeniosus fuit Xylographus.

Sub calcem libri leguntur hi versiculi:

Hyr hefft dyt bock eyn ende
God de mote alle duvele schenden
Unde geve uns allen gelyke
Na dussem elende
Dat evige frone hemmelrike
A M E N.

Gedrucket unde vulendet In der lofflycken Stadt Magdborch dorch Mauricium brandiß Na der gebort cristi dusent veerhundert unde in den xcii jare (1492) Den negesten frydach na des hilgen cruczes vyndynghe.

Ligatus est liber corio subrufo; in altero latere involucri impressæ sunt literæ in sinuosa invicem ductæ volumina deauratæ F & S

 simul-



simulqve annus 1586. usui scilicet Regis *Friderici* II conjugisqve ejus *Sophiæ* præsens sine dubio serviebat exemplar, cujus etiam Regis annotata autographa suspicor esse seqventia: *Spes mea Cristus* Mein Hofnung zu Gott. — Item: *Omnia si pertas famam servare memento Qva semel amissa poste* (a) *nullus erit* (s)

Præter duas supra pag. 75 memomeratas hujus scripti versiones Danicas manu exaratas alia indicatur in Suhms Samling. til den Danske Hist. 1 B. 2 Hefte Sid. 91 sub titulo seqventi: „En trette imellum Jesum af „Nazareth og Belial paa Helvedes herska„res Vegne, om det Rov vor Herre giorde „i Helvede, der han havde med en hviid Fa„ne med et rødt Kors forjaget alle Dievlene „og plustred Helvede, udfriede Patriarkerne „og andre af Helvedes Forborg, efter at de „i saa lang Tid havde jammerligen raabt til „Jesum af samme Helvedes Forborg, at han „vilde nedkomme af Himmelen og frelse „dem." — Deniqve etiam in Bibliotheca illustrissimi nostri *K. Ancheri* asservatum video codi-

codicem, qvi præter exemplar legum Scanicarum Waldemari I. continet, **En Tretre imellom Jesum af Nazareth och Belial, en Procurator paa Helffuedis Herskabs vegne.** — Skreffuidt paa Espersd aff Abraham Rasmussønn Aar 1592. Sed hic ad finem usqve librum non perduxit translator: in medio subsistit opere Belialem inducens ex inferno reducem „Betenckende sich fram och „thillbage tuertt och endelangs bode hid och „did, dog hannd dermed kom thill ingen „Ennde. For korthedts skyld, da ville vy „lade det altsammen fare och thilbagebliffue „och tale om huor, och naar Belial med sit „selskaff skall komme thil deris Opretning „igien og fange vederlag for deris Fanger „som de haffde myst. — — — — Dette skal „skee naar Jesus Christus Guds leffuendis „Sonn skal nederkomme aff Himmelen — — „at domme leffuendes och dode, som der „staaer Mathei y det 25 Cap. da skall han „sighe thill alle de Ugudelige och wanthro „Menniskev som ere skickede thill hans venstre „Haand. Gaar bort fra mig y formaledi-

„dede och forbandede thill thend ewige Ild
„som er bereed Dieffuelen och hans Engle.“

1495.

XXV. Aqvila Leonardi Aretini. Fol.

An etiam *Leonardus Brunus*, a loco nativitatis dictus *Aretinus*, non infimum Italiæ literatæ sub finem XIV initiumqve XV seculi decus, vere sit autor hujus operis sub nomine *Aqvilæ volantis* editi ob aniles fabulas lingvamqve incorrectam Aretino indignam in dubium vocavere varii, vid. Merckwürdigk. der Köngl. Bibliothek zu Dresden. Tom. III pag. 353, omittiturqve etiam scriptum hoc in enumeratione scriptorum Aretini in *Fabricii* Bibliotheca med. & inf. Latin. edit. *Mansi* Tom. I. pag. 290 & *Hambergeri* Nachrichten Tom. IV. pag. 116.

Impressum est opus hoc charactere romano eleganti absqve reclamantibus, habet

vero ſignáturas ut & folia numerata in parte ſuperiori; ſigna diſtinctionis adhibet punctum & colon; conſtat foliis CXIV; in qvavis pagina ſunt lineæ 43: clauditur hac ſubſcriptione: *Qui finiſſe Laudando la divina gracia: la excellente & delectabile opera intitulata Laqvila compoſta per lo Magnifico & doctiſſimo homo miſſer Leonardo Aretino: & da ipſo curioſamente translata da Latino in vulgare ſermone ad laude & gloria de qvella felice memoria Julio Ceſaro Auguſto Imperatore d li potentiſſimi Romani. Et impreſſa in Milano per Antonio Zaroto Parmeſano nel* MCCCCLXXXIV *A di VIII Aprile. FINIS.* Infra ſignum Typographicum Zaroti, literæ ſcilicet *A* & *Z* ab utraqve parte effigiei crucis expreſſæ, cum hoc ſubſcripto diſtico:

Stemmata virtutum ſunt hæc digniſſima laude
Quæ poſſeſſoris nomina cauſa (cuſa) *tenent.*

In folio 94 *incomincia el qvinto libro,* qvamvis in procemio tantum promittuntur

 qva-

qvatuor: *distingviro l' opera in qvattro libri*, qvorum qvatuor librorum argumenta potiora etiam in procemio proponuntur. *Niceron* Memoires Tom. XXV scribit librum qvintum primo adjectum fuisse iu editione Veneta anni 1543, *Göze* autem Merckwürd. loc. cit. invenit illum jam exstare in editione Venet, 1517.

Editionem nostram, qvæ nec in Annalibus Maittairianis, nec apud *Clement* occurrit, cognovit *Mazzuchelli* Scrittori d' Italie Tom. II. pars 4.

1496.

XXVI. Synonima Britonis. Qvarto.

Editio libri rarissima, & a nullo, qvod eqvidem sciam, descripta Bibliographo: Vetustissima apud *Maittairium* est ab anno 1498.

Con-

Constat opella hæc foliis 8; character est gothicus, caret custode & ciphris. non vero signaturis: primum folium duas repræsentat simias, arbori assidentes, æri incisas una cum nomine Typographi *Felix* & infra hoc distichon.

Sedulus abstrusum *Felix* opus edidit: in qvo
Nomina discussa plurima nube patent.

In ejusdem folii pagina altera. *Johannes chappuis Magistrum Simonem henricum sibi cum vicinitate, tum amicitia conjunctissimum plurima impertit salute. — Cogitanti michi qvid juvenibus in rem futurum in medium evolare posset, voluminaqve in sancti victoris parisiensis bibliotheca revolventi multa (innumeri siqvidem pene sunt, qvos locus ille complectitur libellos) occurrit codicillus cognitu facilis: qvem notule veteres britoni cuidam adscribentes synonimorum Pratellum recte vocitaverunt. — Seposita jactantia qvacunqve asserere verebimur minime: nos & aliqva sedibus a priscis in alias transtulisse & pro ingenioli ca-*

pacitate castigata singula (diminuentes nichil; plerumqve augmenti nonnichil apponentes;) sub alphabeti serie — collocasse. „Quod tandem opusculum mea sententia juvenibus accommodum Felix ille impressor diligentissimus sublimi feriens sidera vertice suis optimis caracteribus imprimendum curavit. Et sane literæ non invenustæ, & charta qvoqve candida & lævis.

In fine folii sexti:

Pratellum Synonimorum
Britonis dat juvenibus
Multorum dogmata morum
Pro texendis carminibus.

Infra:

Prodiit in lucem felice premente libellus
Qvem scripsit britonis ingeniosa manus.

Et in fronte folii septimi: *Duodecim decades Johannis de gallandia;* totum vero opusculum verbis clauditur seqventibus: *Expliciunt synonima britonis nec non duodecim decades Johannis de gallandia, quæ diligenter*

ter & correcte transscripsit parisiis Felix balligault vir auspicutissimus in confinio collegii remensis quarto nonas sextiles. Anno a natali salvifico Millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto.

Typographus, qvem *de la Caille* Histoire de l' Imprim. pag. 70 nominat *Baligaut* propria sui ipsius laude mire delectabatur, hinc sæpius libris suis subscripsit: *miro caractere*, & seqventibus versibus ad suum alludebat nomen.

Felix qvem faciunt aliena pericula cautum
Felici monumenta die felicia Felix
Pressit: & hec vicii dant retinentve nichil.

Brito, qvod nomen Synonima in nostra præferunt editione, ut & in Maittairiana anni 1498 Ann. Typ. Tom. I. ed. 2 pag. 683, minime est nomen proprium viri, sed est nomen gentile: nec nomen proprium scripti hujus autoris, natione Britonis v. Britanni, erat *Gvilielmus* (Camber qvidam ordinis Mi-

 no-

norum seculo XIV clarus) ut opinantur *Jöcherus* Lex. Erud. pag. 1388, *Fabricius* Bibl. med. & inf. Lat. ed. *Mansi* pag. 282, *Du Cange* in præfat. ad Glossar. med. & inf. Lat. pag. 46, sed est *Johannes de Garlandia*, qui qvidem Anglus, Grammaticus & Poeta insignis, seculo florebat XI. — Sed hac de re plura sub No. seqventi.

SINE NOTA LOCI ET ANNI

XXVII. OPUSCULA JOHANNIS DE GARLANDRIA. Qvarto.

Autor apud *Tannerum* Biograph. Britann: Johannes *Garlandius*, apud *Du Cange* in præf. pag. 43 & in Dissertatione de Lexicis Latinis *Gesneri* præfixa Thesauro Johannes *de Garlandia* vocatur. Synonima ejus, qvæ in medio ævo in scholis vulgo prælegebantur, & qvorum apud *Maittairium* nullam inveni mentionem, prodiere sub ejus nomine Coloniæ 1490 & Londini 1496 Qvarto. vid. Autor. nuper laudatos.

Pri-



Primum in nostro volumine locum o tinet *Textus eqvivocorum cum commento* foliis 76, absqve reclamantibus & ciphris; l bet signaturas non sub linea extrema sed extremæ lineæ latus positas, charta est fus characteres monachales v. gothici, præs tim in commentatione minutiores valde abb viati & lectu perdifficiles.

Fontes, ex qvibus hausit commentat sunt Ebrardus Græcista, Huguitio, Flor cæteriqve abjectioris autores latinitatis: surdissimis & insulsis sententiis & verbor explicationibus, lingva barbara propositis, to scatet liber, v. c.

Affectum carnis corruptio carnis omne
Crimen homicidii peccatum stirp. cruor & vis
Talia ni fallor signantur nomin sangvis.



De his commentator ita. *Hic autor equivocat hoc nomen sangvis Nam primo significat carnalem concupiscentiam, unde in evangelio: beatus es symon barjona quia caro & sangvis non revelavit tibi. Secundo significat curruptionem virginitatis; ut ibi: Qui non ex sangvinibus neque ex voluntate carnis. Tertio significat crimen homicidii, unde in libro Regum: non edificabis mihi altare quia vir sangvis es i. e. homicidii. Quarto est peccatum, unde psalmista: Libera me de sangvinibus. Quinto est progenies; ut ille est de meo sangvine. Sexto significat cruorem & hoc est ejus communis significatio. Ultimo est vis generativa, unde Albertus: Homo leprosus generatur ex semine mulieris menstruoso* — Sed manum a tabula, puto enim lectorem exclamare: ohe, jam satis est!

Sub calcem hæc tantum reperiuntur verba: *Expliciunt equivocationes cum notabili expositione.*

Seqvuntur in foliis 52 ejusdem farinæ *Compoſita verborum cum commento:* charta vero albior, typorumqve gothicorum ſigura haud invenuſta: verba & ſententiæ qvædam ſimul vertuntur in lingvam Belgicam ex. gr.

Diruo, rodo, paro demolior hæc tria ſignat
Molior artis opus, molo granum, mollio ceram.

Molior i. e. conari, ut: hoc ipſum eſt qvod magnopere ſcire molior. Molere malen. *Mollio* weeckmaken *Demolior* breken *ut: qvicqvid extruxi tu demoliris. Rex demolitus eſt urbem. Secundo ſignificat* knagen *d) ut canis oſſa demolitur, tinea veſtem, erugo ferrum. Tertio ſignificat machinari, ut demoliebatur me ſeducere. Non is deifica demolitur i. e. cogitat. Amolior* hem doer ſteken. *Terencius: hinc vos amolimini qvi mihi impedimento eſtis. Item faceſſe hinc* ſteckt yn doer.

d) Noſtratium gnabe.

Con-

Continet deinde volumen nostrum *Verba Deponentalia* in 15 exscripta foliis, qvoad lingvas barbaram latinam & vulgarem germanicam, typorumqve formam cum proxime præcedenti sectione convenientia. Ab initio Commentator in notis habet hæc. *Ut ajunt nonnulli Johannes de Garlandia videns errorem qvam plurimorum non habentium differentiam inter verba deponentalia & verba passiva hunc libellum de verbis deponentalibus metrice collegit.*

In hocce, ut vocat commentator, libello sæpius citantur Ovidius, Horatius, Lucanus. Ex. gr. *Horatius in Epistolis: Metiri se qvemqve suo modulo ac pede verum est i. e. conveniens est.* Versus permulti occurrunt ita dicti memoriales, ex. gr.

Latinum fari, bene scribere, versificari
Hæc tria nullus habet nisi creber conferet usus.

Tergiversor vertitur bewympelen, *castramentor* bolwercken, epulor eten; testor tugen; moderor matigen; ulciscor wrecken.

De-

Deniqve in charta iterum fusca, tenui & rudi charactere excusa habentur *Synonima magistri Johannis de Garlandria cum notatis.*

Hic expresse indicatur autor hujus opusculi, qvem etiam reliqvorum præcedentium esse autorem nullus dubito: de proxime antecedenti libello eandem qvoqve commentator fovebat sententiam.

Textus Synonimorum sic incipit:

Ad mare ne videar latices deferre, camino
Igniculum, densis vel frondes addere sylvis
Hospitibusqve pira calabris, dare vina lieo
Aut cerei (cereri) *frugis, apibus mel, vel thima pratis.*
Poma vel autumno, vel mollia thura sabeo
Nil veterum certis curo superaddere dictis
Sed dare lac pueris propono, parva pusillis
Qvos solum ditant materne manera lingve
Sermonis tribuo pueris elementa latini.

Nunc simul audiendum est initium Synonimorum *Britonis*, vel potius Pseudobri-

tonis reipsa Johannis de Garlandria, sed qvæ Johannes Chappuis, ut ipse in editione paris. allata „ asserere non veretur, aliqva sedibus „ a priscis in alias transtulit, & pro ingenioli „ capacitate castigata singula sub alphabeti „ serie collocavit: & qvæ Felix ille impressor „ diligentissimus sublimi feriens sidera vertice „ imprimenda curavit.

Ad mare ne videar latices deferre: camino
Igniculum: frondes densetis addere silvis
Hospitibus calabris pira mittere: vina lyeo:
Aut cereri fruges: apibus mel, vel thyma pratis:
Poma vel alchynoo: vel mollia thura sabeo:
Nil veterum dictis curo superaddere multis.
Sed dare lac teneris proponens dulce labellis,
Sermonis tribuam pueris elementa latini:
Qvos solum docuit vernacula lingva profari.

Ex allatis jam abunde patet Pseudobritonem & Johannem de Garlandria esse unum eundemqve. Johannes Chappuis ex Bibliotheca S. Victoris Parisiensis edidit solummodo

do textum; in editione vero, qvam manibus jam tractamus, absqve indicio loci & anni procurata, simul adest *commentum:* speciminis loco qvædam sic habeto: *Vagor vagaris idem est qvod errare vel ambulare. Inde va-gabundus, & vagus vagi est mimus vel tru-phator qvi solet currere per diversa loca ad mensas dominorum unde.*

Qvi sua dat mimis fallitur ille nimis.
Musca canes mimi sunt ad convivia primi
Non invitati veniunt prandere parati.

Capsellum dicitur proprie illud vas in qvo reliqvie sanctorum sunt reposite.

Ad textum seqventem:

Dic anachoritas inclusas ac heremitas
Ab heremo venit hoc sed ab ana nasci-tur illud
Hinc anachorite qvasi corde suprema colentes.

non minus inepte ſic incipit commentum:

Hic autor ponit conſynonima illius nominis anachorita. Pro quo ſciendum quod anachorita dicitur ab ana quod eſt ſurſum & cor cordis & teneo tenes tenere. —

Balatro ɔ: leccator.
Mimi balatrones caupones & meretrices
Quos laudare ſolent hos ſpoliare ſtudent.

Deniqve ultimum transſcribam textum Synonimorum; nec verbum amplius addam.

Quatuor ex puris vitam ducunt elementis
Allec unda fovet, gamaleon in aere vivit,
Talpam nutrit humus, flamme paſcunt ſalemandram.

Concluſio operis ſic ſonat. *Cujus opuſculi conſumatione benedictum ſit ens entium intima noſtra devotione. AMEN.*

J. C. H.

Sub his, ut opinor, literis latet nomen artificis, qvi jam deſcripta impreſſit opuſcu-

la;

la; illud vero nondum mihi contigit indaga re: locus impreſſionis ſine dubio eſt Daven tria, ibi enim ſeculo XV in ſcolis prælegeba tur Johannes de Garlandria, ut conſtat e Vita *Erasmi* Roterod. Tom. I. operum Eras mi edit. Lugdun: præmiſſa; adde, qvod i opuſculis occurrant *Brugi*, *Daventria*, *Bra bantia*, item qvod in folii pagina anterio ante *Verba Deponentalia* ligno inciſus con ſpiciatur *Sctus Lebuinus* altera manu librum & altera crucem tenens, hic vero *Lebuinu Libuinus* vel *Livinus* Gandavi Flandriæ cap tis apoſtolus & patronus audit in *Antonii Macedo* Divi Tutelares orbis Chriſtiani. pag 442: qvibus plane evincitur librum alicubi i inferiori Germania eſſe excuſum.

Qvod ad noſtram de Britone & Johan ne de Garlandria, ut uno & eodem, propoſ tam ſententiam attinet, neminem morari p to; Johannem Chappuis Pratellum Synon morum 1496 Pariſiis edentem inſcium, u ex dedicatione patet, fuiſſe editionis Synon morum jam 1490 Coloniæ adornatæ, cu

nulla iſtis temporibus darentur diaria erudita vel annales litterarii, nec ullum tale, uti nunc, inter Eruditos in diverſis regionibus intercederet commercium.

1500.

XXVIII. Bessarion contra Turcos. Qvarto.

Opuſculum forma typorum gothica in charta candida, cum compendiis ſcribendi qvibusdam, excuſum inſtructum eſt ſignaturis, ſed nec reclamantibus, nec ciphris.

Folium primum ſeqventem prolixum præfert titutum. *He ſunt non minus elegantes qvam utiles Beſſarionis Cardinalis Niceni epiſtole & orationes de arcendis immanibus turcis a finibus chriſtianorum: generoſis Chriſti ſalutis & pacis auctoris militibus ac principibus magna ſedulitate, curaqve legende & interpretande ut excitatis aliqvando ſenſibus evigilent & feralem antichriſti ſectam etiam*

nunc

nunc cervicibus suis imminentem repellam Bestia nunc enormem rictum aperuit ut panno nias, italias, germanos, gallias. hiberiam & brytannicas insulas deglutiat, Pagiaseth insuavis, infaustique nominis tyranno sue im pietatis usa ministro &c.

Dum in eo est autor, ut Principes Chri stianos ad mutuam exhortetur concordiam citat Homerum de Discordia:

Principio parva est, terram sed protinus imi.
Contingens pedibus caput inter nubila condit.

Alio loco extant versus seqventes:

Cappadoces, Phrygii: virides ubi flumine ripas
Curvat, & argutos audit meander holores
Et veteres Eneti, Cares ubi dicitur ortum
Augurlum, Lycii, ponthus, Bithynia dives
Hanibalis tumulo insignis, Lydique vetustum
Unde genus Tuscis, fulvas ubi volvit harenas
Divitibus Pactolus aquis: hæc omnia nostris
Hostibus, & rigido parent invita tyrauno.

Sub finem libri legitur: *Ex officina Guidonis mercatoris anno Christi MCCCCC octobris XXI a qvo solo victoria & speranda, &*

petenda est Cui sit honor, decus & imperium In secula. Amen. — Locus impressionis, qvi hic non nominatur, sunt Parisii, ibi enim inde ab anno 1490. officinam typographicam possidebat *Guido Mercator* vel *Guy du Marchand*, v. *de la Caille* Histoire de l' Imprim. pag. 66.

De aliis opusculi nostri editionibus legantur partim *Maittaire* Tom. I. ed. 2 pag. 294, partim *de Bure* Bibliogr. bell. Lettr. Tom. I. pag. 186, ut & *Clement* Bibl. crit. Tom. III. pag. 25.

Complectitur editio nostra primo omnia, qvæ *Nic. Reusnerus* Orationum & Consultationum de bello turcico volumini II. pag. 175 - 235 inseruit, ad qvem Lector remittitur: hoc tantum monemus 1mo qvod *Reusnerus* Epistolam Card. Bessarionis ad Abbatem Bessarionem male ornaverit titulo orationis; 2do ea, qvæ *Reusnerus* edidit inter notas parentheseos literis minoribus vel Cursivis expressa, in nostra editione margini sint adjecta; 3tio in oratione secunda, vel, si præfixa epistola ad Abb. Bessarionem orationibus annumeretur,

in

in oratione tertia citetur proverbialis locutio σύν τε δύ' ἐρχομένω ex *Homeri* Iliad, (*k*), ub Diomedes iturus exploratum, qvid agant Trojani, comitem postulat. Id enim fore tum jucundius, tum tutius. v. *Erasmi* Adagia edit Hanov. 1617 pag. 91. Citat vero editio *Reusneri* ita: σύν τε δύ' ἐρχομένω μεγα ἀλλήλοισιν ὄνειαρ, *ut ille canit.* Qvis canat nescio: homericus nempe locus sic sonat:

„ Σύν τε δύ' ἐρχομένω, καί τε πρὸ ὁ τοῦ ἐνόησεν "

„ Ὅππως κέρδος ἔῃ: " editio Gvidonis habet: *ut ille inqvit* — — his vocibus ita dispositis, ut græca homerica σύν τε δύ' ἐρχομένω anteirent, seqverentur post *ut ille inqvit* μεγα ἀλλήλοισιν ὄνειαρ: sed spatium relictum est vacuum, officina Gvidonis typis forsan nondum græcis instructa.

Continet 2do Editio Gvidonis *Mahometis II* ad principes & populos diversos epistolas cum hac nota in margine *he precessoris turci sunt epistole.* Eædem epistolæ auctiores prodiere impressæ *cracovie impensis spectabilis*

 uiri

viri domini Johannis Haller e) civis cracouiensis per Florianum Vuglerium. Anno domini 1513. in forma chartarum 4ta sub hocce in fronte titulo: *Epistolarum Turci Magni per Laudinum Libellus sententiarum gravitate refertissimus additis nonnullis lectu dignis epistolis.* Limatius deniqve edebantur hæ epistolæ ab *Hermanno Vastelabo* Marpurgi 1604. 8vo. Ex Hermanni dedicatione hæc excerpsi: „Ad interpretem epistolarum *f*) qvod attinet, „is est Laudinius Eqves Hierosolymitanus, ad „qvem non minor laus ex versione redundat, „qvam ad autorem ipsum ex compositione: „Etenim sensum peregrini sermonis adeo „pulchre & significanter expressit, ut Tulliа„næ orationis elegantiam & svavitatem pror„sus

e) Hic Johannes Hallerus patria Noribergensis primus Cracoviæ typographus, ubi tandem ad consularem evectus est digvitatem Literar Mus. 1 Band pag. 295. conf. J. D. Hoffman de Typographiis Poloniæ pag. 5 & seqq.

f) Lingva originalis epistolarum fuit Syra & Græca, partim etiam Scytica, ut putat editor in *argumento præfixo.*

„ ſus redoleat. Unde ſuperiorum temporum „ qvidam doctrina & judicio præcellentes viri „ hoc opuſculum latinæ facundiæ tyronibus „ proponere non erubuerunt. Nam oppido „ intelligebant præter lingvam hic etiam „ pectus multarum rerum hiſtoriarumqve „ cognitione informari & perpoliri. “ *g*)

Specimen dabitur & laconicæ brevitatis, qvam in literis ſuis amare fingitur Mahometes, & correctionis Vaſtelabianæ tantum non ſemper felicis.

TURCUS VENETIS.

Ad patras ingenti cum exercitu veni, vidi, & vici: hæc vobis cum maximo reipublicæ detrimento nunciamus.

g) Noſtrum editionis Cracovienſis exemplum qvondam in ſchola qvadam prælectum fuiſſe & expoſitum indicio ſunt freqventes gloſſæ interlineares & explicationes vocabulorum manu adſcriptæ vetuſta.



Veneti Turco.

N*ec belli usu, nec virtute militum, sed nos fortuna ad patras superasti: quæ cum minime sit in potestate hominum sita, eandem ipse rerum vicissitudinem (qva nunc levissime omnium stolidissimus gloriaris) expecta parum enim laudis victoria habet: in qva plus fortunæ ludibrio actum est, quam hominum virtute seu consilio provisum.*

Editio Cracoviensis cum Parisiensi convenit: sed lima Vastelabi omnia confudit, loco ultimæ periodi restituendo: *Pax enim laudis victoriam habet, in qva plus fortunæ judicio actum est, quam hominum virtute, seu consilio provisum,* qvæ qvidem verba nullum omnino, si qvid sapiam, sensum habere possunt. *h*) Cæ-

h) Habes hic simul Lector, exemplum satis luculentum (plura enim afferre cum possem, in re per se clara non lubuit) extra omnem ponens controversiam, qvam utilis imo qvam necessaria sit cognitio & collectio editionum librorum antiqvarum & sub incunabula artis typographicæ prodeuntium.

Cæterum jam dudum inter Eruditos constitit epistolas hasce non esse genuinas, vid. Commentat. de Fatis lingvarum orient: Viennæ 1780 Fol. editam pag. 93, ubi seqventia leguntur: " Exstat opus Seculi XV,
„ spurium & apocryphum esse res ipsa loqvi-
„ tur, qvod inscribitur: Epistole Maumetis
„ Turcarum Imperatoris elegantissime multa
„ prudentia acrimonia referte. Autor Me-
„ morabilium Bibliothecæ Dresdensis eas sup-
„ positas, atqve a qvodam exercitii causa con-
„ fictas & non nisi latino sermone exaratas esse
„ jam ante animadvertit. Ceterum de variis
„ libri editionibus consulendus est *Freytagius*
„ in Adpar. Litterar. Tom. I. pag. 188.

Tertio in sua editione Gvido excudi curavit *Urbani secundi pontificis maximi ad principes Christianos orationem.*

Qvarto habet *Presentis Turci epistolam ad Lodovicum XII Francorum Regem christianissimum datam ex castris nostris que Ipsola nuncupamus XIV mensis Aprilis anno a propheta nostro Mahumeto nongentesimo qvinto a Christi autem descensu anno supra millesimum*

qvin

qvingentesimo; cum tali inscriptione: *Soldanus Pagiaseth Chan utriusqve Epiri, Asiaeqve & Europae solus regnator, imperatorqve maximus gallorum regi.*

Qvinto *ultima peroracio* claudit volumen Gvidonis.

SINE ANNO ET LOCO.

XXIX. JOHANNES GERSON SUPER CANTICUM MAGNIFICAT. Fol.

Ex variis, qvae Johannes Gerson Cancellarius ille seculo XIV Academiae Parisiensis celeberrimus composuerat, opusculis hoc secundum *Maittairium* Annal. Tom. V. pag. 436 typis primum cum anni nota mandatum fuit; prodiit scilicet 1473, sed absqve indicio loci impressionis.

Praesens Bibliothecae Regiae editio, si non antiqvior, sane est coaetanea: excusa est in charta rudi; singulae paginae in binas columnas dividuntur, & qvaevis columna habet lineas 40, caret reclamantibus, signaturis, ciphris & di-

diphtongis; charachteres ſunt monachales minuti, inconcinni, cum crebris abbreviationibus, & non raro unus typus binas literas junctim complectitur; ductus verſuum ſunt admodum inæqvales; literæ initiales deſunt ut & interpunctiones, exceptis ſolis uno puncto craſſo & ſigno interrogationis.

Operis titulus hic: *Collectorium ſuper Magnificat*: Folio verſo hæc habes: *Seqvitur prohemium in cantico marie Magnificat. Magiſtri Johannis Gerſon cancillarii paryſienſis Doctoris egregii. — Canticum marie tractatarus in ſolacium peregrinationis mee. i)* — In folii ſecundi pagina priori in altera vero columna extat lectio hæc: *Benedictus deus qui nos in peco k) ſolitudinis arto collocavit*, varians ab illa, qvam ſubſtituit editio Dupiniana Gerſonis oper. Tom. IV. pag. 235 ita: *Benedictus Deus qui nos in pacato ſolitudinis atrio collocavit.*

Sub

i) Degebat enim Lugduni in exilio 1427.

k) In margine exemplaris Regii manus vetuſta explicavit *praso*.



Sub calcem seqq. *Explicit liber supe cantico virginis marie compilatus per me Johannem Gerson olim Canciliarium parisiensem* post spatiolum: *Spes mea tota in sola virginis gracia.*

Alpha & O.

N. G.

Ex symbolo apposito, literisqve initialibus nominis typographi, patet librum hunc excusum esse a Nicolao Gotz de Schletzstat sine dubio Coloniæ circa annum 1474, enim typorum ductus, operarum ruditas, totaqve operis dispositio prorsus conveniens cum editione Coloniensi *Ludolphi de vita Christi* de anno 1474, de qvo v. supra Specim. prim. pag. 6.

SINE INDICIO ANNI LOCIQVE.

XXX. SYNONYMA STEPHANI FLISCI. Qvarto.

Autor hujus opusculi, qvi in *Arisii* Cremona Literata Tom. I. pag. 278 vocatur Stephanus Fliscus Soncinensis, floruit medio seculi XV.

Apud *Maittairium* unica hujus scripti ex seculo XV. occurrit editio, Mediolanensis scilicet anni 1480. Præsentem artis typographicæ primitiis esse adnumerandam nullum est dubium; caret enim ciphris, signaturis & reclamantibus; forma typorum est gothica major cum abbreviaturis non paucis; folia sunt 108.

Stephanus fliscus de Sontino juveni peritissimo Johanni meliorancio ordinatissimo civi pincentino cancellario paduano plurimam salutem dicit — in folio primo. In folio secundo seqvuntur *sententiarum variationes convenientes:* in hac vero editione unicuiqve sententiæ variandæ & circumscribendæ adjuncta est versio in dialecto Saxoniæ inferioris, ex. gr.

De juvamine dei. God help uns,
De amore mutuo. Ick wolde dat du haddest my also leeff als ick dy.
Societas mala dissvadetur.

Darumme dat tu boser lude ghesellschop achterghelaten hefft schaltu dy to vromen luden hol-

holden. *Ergo neglecta improborum societate fac te bonis adjungas* vel: *Ergo spreta viciosorum familiaritate officiosos complectere* vel: *Ergo abjecta imperitorum consvetudine doctos fac excolas* vel: *Ergo missa sordidorum conjunctione fac liberalibus te associas.*

Plura fuissent scripta nisi nuntius festinasset. Ick hadde dy meer geschreuen wenn de Bode langher ghetouet hadde.

Plura scripsissem nisi tabellarius festinasset vel: *Plura literis commisissem si mihi per tabellarii festinationem licuisset &c.*

Ich Begeer dat yd dy wol gha unn laet my dy bevolen syn.

Da operam ut valeas hoc mihi gratius facere nihil potes — & sic opella his iisdem concluditur verbis: *valebis igitur feliciter mi Johannes & me Stephanum fliscum Sontinensem tuum ut semper fecisti plurimum adamabis* — & folio verso: *In summis profecto occupationibus hæc pauca sententiarum synonyma tibi absolvi* — infra: *Sententiarum variationes sive synonima Stephani flisci poete eloquentissimi feliciter expliciunt.*

SPICILEGII BIBLIOGRAPHICI

SPECIMEN TERTIUM

CONTINENS

AD ANNAL. TYPOGR. MAITTAIR.

EX

REGIA HAVNIENSI BIBLIOTHECA

SUPPLEMENTI

DECADEM IVtam. ET Vtam.

PER

ERASMUM NYERUP.



HAVNIÆ. 1783.

SUMTIBUS *CHRIST. GOTTL. PROFTII.*

Illustrissimo
atqve
Excellentissimo Heroi Domino

OWENO HÖEGH GULDBERG

Ordinis Danebrogici Eqviti Aurato
S. R. M. A Consiliis intimis, a Privatis Epistolis atqve a Secretis Collegii Status Sanctioris. &c. &c.

Hi Qvalescunqve

In Historia Litteraria

Conatus

Sacri Sunto.

Humillime

Autor.

1477.

XXXI. Lumen Animae. Fol.

Liber moralitatum elegantissimus magnarum rerum naturalium Lumen anime dictus. cum septem apparitoribus. nec non sanctorum doctorum orthodoxe fidei professorum. Poetarum etiam ac oratorum auctoritatibus. per modum pharatre secundum ordinem alphabeti collectis. feliciter incipit.

In fine: *Finito libro sit laus & gloria christo. Amen. Liber lumen anime dictus feliciter explicit. Qui* &c. eodem omnino tenore, qvo legitur in Cl. von Murrs Journal zur Kunstgeschichte 1ster Th. pag. 60; in exemplo Bibliothecæ Regiæ idem etiam lapsus typothetæ, qvem observavit von Murr, *a natinitate domini* pro *natiuitate*, deprehenditur. — Est nempe hic, qvem manibus tractamus, liber Lumen Animæ ex edi-


tione ista anni 1477, qvæ nomen artificis subscriptum qvidem non habet, loco vero cit. Augustæ Vindel: ex officina Guntheri Zeineri de Reutlingen prodiisse tam clare evincitur, ut res extra omnem posita sit controversiam.

Editionem hanc, qvæ in *Zapfii* Annalibus Typographiæ August: frustra qværitur, orbiqve erudito usqve ad 1775, qvo anno prodiebat hæc nuper allegata 1ma pars Diarii Murriani, prorsus fuerat ignota, eximiocum splendore magnoqve sumtu curavit Güntherus: charta est solida, candida, notæqve optimæ; marginalia sunt largiora & typi Romani elegantes: caret ceteroqvin splendidum hoc opus custodibus, signatura & ciphris; distinctionis notis utitur puncto uno & punctis duobus; compendia scripturæ nonnulla admittit, & litteræ duæ sæpius cohærent, uno expressæ typo.

Continet hic magnæ molis liber, (folia numeravi 346) ut dicitur loc. cit. pag. 72 &

39.

39. „Ein Gemengsel von Gleichnissen und „Stellen vieler Schriftsteller vornehmlich „Kirchenväter — weltliche Sachen, Künste „und Naturkräfte, theils wahre, theils ler„dichtete werden allemal auf geistliche Sa„chen angewandt." ex. gr. in fol. 85. *Comparatur denique beata virgo ipsi celo octo de causis Quarum prima. Quia sicut celum continet terram: a casu preservans pariter a* (&) *ruina* —— *Inter eos autem qui aggressi sunt assignare causam & modum: quomodo videlicet: aut per quid ipsa terra sustentetur in medio, quidam dicebant hoc eveuire ex semirotunditate: aut ex semisperitate ipsius terre. Dicebant enim terram esse dispositam in modum & ad instar semicirculi: adhoc ut natare valeat super aquas. Quidam autem hoc ex attractione ipsius celi & stellarum evenire asserunt* — *Sic ipsa beata virgo continet totum mundum a casu & ruina preservans mortis eterne. Unde ait Guido iu sermone. Tota mundi machina in simul ruerit: nisi Marie gracia sustentaret.* Fol. 86. *Septima ratio est. Quia sicut celum jugiter movetur circa terram,*



imo nisi moveretur & volveretur circa terram: totus mundus insimul concideretur & coartaretur. Et ideo ait calcidius in thimeo. Surrexerunt qvidam dicentes non esse celum id qvod moveri cernitur: Dicebant autem terram in continuo esse motu. Qvopropter estimabant celum esse immobile: sed moveri solam terram & qvod ex motu terre celum videretur moveri. sicut dum qvis currens circulariter estimat circulariter moveri celum & terram. Hoc autem falsum est sed celum indefessum jugiter volvitur circa terram. Et nisi celum jugiter moveretur: totus mundus corruens rumperetur. Sic revera per omnem modum maria omni hora: tempore: & momento: movetur circa terram id est nos incessanter custodiens: protegens: & conservans &c. plura Lector sine dubio non postulat exempla.

Variat autem editio nostra in nonnullis ab illa anni 1479, ex qva specimina attulit nuper laudatus von Murr: ex iis, qvæ ille in Diarii sui pag. 39. transscripsit, loco *lacrimose oditionis a deo insulxionem* nostra principalis

cipalis editio sanam tuetur lectionem *lacrimose conditionis a deo influxionem,* barbare qvidem, sed tamen rectius: ibid: infra pro *hunc* ego invenio *habet.*

Ille, qvi librum hunc auctoris ignoti, *cum adhuc informis esset simplicioribusqve rudis & obscurus appareret precibus victus devote supplicantium assiduis ne lateret in obscuris condita veritas clara tenebris in tytulos & tytulos in paragraphos non modico labore distinxit* apud von Murr pag. 65. vocatur *Mathias Farinatoris de wenna;* in editione Güntheri nominatur *de Wyenna,* cetera conveniunt — *Frater sacri ordinis beate dei genitricis & virginis Marie de monte carmeli: lectorum sacre theologie minimus.* Hicce Matthias Farinatoris, alias etiam Pistorius dictus, circa annum 1477 sub Papa Sixto IV floruisse dicitur in *Bibliotheca Carmel: per unum e Carmelitis Provinciæ Turoniæ collecta* Tom. II. pag. 410. ubi etiam copiosius de ipsius agitur scriptis.

In prologo, qvem l. cit. ex editione 1479 integrum fere Diario suo inseruit *Murr* legitur.

p. 67 *renuisse*. Edit. Güntheri habit *rennuissem*.
p. 68 *Amadeo*. - - - - *Amundo*.
p. 69 *In dialecto secundo*. - *In deleto secundo*.
- *Alca: Theo:* - *Alcabicius, Theophilus*
p. 71 *Phila: -- Alpha: de diurna regionum* --
Philaretus -- Alpharabius de differentia regionum.

Qvatuor hujus operis ex seculo XV dantur editiones, una scilicet etiam Augustana anni 1477 per Ant. Sorg, & duæ anonymæ altera 1479, altera 1482. vid. *Weislingeri* Armamentarium ad annum 1479, & *Maittaire* Annal. Tom. V. p. I. pag. 44, ubi in anno editionis pro numero septenario per errorem irrepsit ternarius sc. 1473.

1477.

1477.

XXXII. Flores utriusqve Juris.

Folio.

Conſtat opus hoc foliis 113, & folium unumqvodqve columnis qvatuor; character typorum eſt gothicus, parvus, admodum rudis, & lineæ inæqvales; unus typus ſæpe duas complectitur literas; ſuper vocalem *i* eſt loco puncti lineola parva; nullæ adſunt diſtinctiones minores, ut nec ſignatura, nec cuſtos, nec titulus, nec literæ initiales, nec diphtongus, nec ciphri foliorum indices.

Nominis autoris nullum in ipſi opere reperitur veſtigium, nec ſcio, unde hanc relationem deſumſerit *A. H. Lackmannus* in ſuis Annal. Typograph. pag. 117. affirmans autorem eſſe iſtum Pontificii Juris doctorem celeberrimum *Nicolaum Siculum de Tudeſcis*, Lucernam juris teſte Trithemio, alias *Abbatem Panormitanum* appellatum; nam neqve

in *Fabricii* Bibl. med. & inf. Latinit. ed. *Mansi* Tom. 5. pag. 134. neqve in *Anton. Mongitoris* Bibliotheca Sicula Tom. 11. p. 98 & seqq. ubi copiose & diligenter de eo tractarunt, scriptaqve ejus recensuere singula, præsens usqvam occurrit opus.

In procemio autor, qvisqvis est, ita loqvitur: *Scribit Seneca fragilis est memoria — — Senectus memoriam labefactat. oculorum aciem contundit. aurium sensum ebetat. nervorum firmitatem fatigat. Inter qve memoria est ex omnibus anime partibus maxime delicata & fragilis — — contra defectum visus in senibus. sagax humane nature condicio, vitri politi. aut cujusdam lapidis dyaphani. mirandum nimis remedium adinvenit, cum minus impedito medio visus efficacius operetur in objecto. — — Primo theologi qvoddam remedium invenerunt per qvod omnium sentenciarum veteris & novi testamenti principalioribus notatis dictionibus prout a singulis inchoabant litteris Alphabeti sub qvalibet littera collocabant qvarumlibet dictionum loca signantes*

ubi

ubi in ſacra pagina poterant reperiri hanc artem ſecutus generalia quedam jura ſive flores civilis juris Deinde vero canonici recollegi ſingula ſub ſingulis diſponens litteris — — Videns in me jam ſexagenario (a) *memoriam eclipſari & multa que* (b) *tenebam, a memoria mea excidiſſe. hoc opuſculum rude compegi. michi conſulens in hac parte. aliis ipſum participare non invidens michi ſimilibus. aut aliis quibus ex* (c) *aliis cauſis placuerit hoc habere. Non enim ſcribo magiſtris Sed rudibus qualis ego ſum* (d). *Nec tyronibus. quibus in libris*

(a) Nicolaus de Tudeſchis igitur non, ut vult *Lackmannus*, eſt autor; ille enim, ut patet ex *Mongitore* l. cit. pag. 99. natus eſt anno 1386, & teſte Epitaphio ibid. pag. 201. mortuus anno 1445: nec igitur ad ætatem LX annorum eſt provectus.

(b) Apud Lackmannum vitioſe legitur *multaque*.

(c) Lackm. male &

(d) Ex hac etiam confeſſione videre eſt, autorem non eſſe iſtum Abbatem Panormitanum, LUCERNAM JURIS appellatum.

suis memoriam figere magis expedit. quam assvescere ruditati.

Sub calcem libri leguntur: *Flores juris utriusqve ex voluminibus ejusdem juris laboriosissime collecti & compendiosissime conscripti Impressi Colonie Agrippine Per me petrum de Olpe Sub anno a Nativitate domini M.cccc. septuagesimo septimo Completi & finiti ipso die martis decimi nona. mense Augusti finiunt feliciter.*

1477.

XXXIII. Petri Suchem Itinerarium in terram sanctam. germanice. Qvarto.

Itinerarium hoc, idiomate excusum germanico, foliis constat 116 in forma foliorum qvadripartita, absqve custode, ciphris & signatura, characteres sunt majusculi, medium fere inter gothicam & qvadratam figuram tenentes.

Nul-

Nullum liber præfert titulum, sed folia tria priora occupat index capitum vel sectionum cum tali inscriptione: Eyn register über das buch von den weg zu dem heiligen grab oder gelobten land vnd wundern hiemit begriffen; & post indicem in extremitate folii 3tii. Hye hebet an das Buch von dem weg oder czu dem heiligen grab oder gelobten Land vnd wundern da bey vast kurczweylig begriffen; & in summitate folii 4ti. Von dem gelobten land vnd weg gegen iherusalem von iren wesen vnd wundern die in dem grossen mör gesehen werdent; mox seqvitur libri dedicatio his verbis: Dem hochwirdigen in got vatter vnd herren herren Baldewino von steinfurt der kirchen badebornen byschoff sag ich petrus pfarrer zu suchen schuldig dienst vnd gehorsamkeit.

Post dedicationem seqvitur ipsum itinerarium, idem nempe, qvod apud *Conr. Gesnerum*, *Maittairium*, *Fabricium* reliqvosqve, qvos evolvi, historiæ litterariæ scriptores occurrit



currit ſub nomine *Ludolphi de Suchem*. *Ludolphus* enim iſtorum *de Suchem*, ſicut noſter *Petrus de Suchen*, eſt Suchenſis eccleſiæ parochus. Iter ſuum in Oriente fecit *Ludolphus* ab anno 1336 ad annum 1350 (vid. *Freytagii* Analecta pag. 919.) *Petrus* in dedicatione: als man zalt von der geburt criſti M. CCC. vnd xxxvi — vnd darnach als man zalt M. CCC. vnd L. gelaſſen. *Ludolphus* librum ſuum, in qvo memorabilia itineris exponit, ad Balduinum, Comitem de Stainfort, Epiſcopum Paderbornenſem ſcribit, *Petrus* non minus.

Apparet hoc itinerarium inter reliqva in terram ſanctam, ſub titulo: Reyß-Buch des heyligen Lands Francof. 1609 edita, pag. 813 ſeqventi ſub titulo: Fleiſſige Aufzeichnung aller gelegenheit, Reyſen, Gebräuchen — vom 1336 bis auf das 1350 Jahr, geſchehen durch den Herrn Rudolphen, Kirchherrn zu Suchen in Weſtphalen — — Jetzundt erſtmals zur Ergenzung dieſes Reysbuchs getreulich verteutſchet. — Transformationem

tionem nominis *Ludolphi* in *Rudolphum* facile fieri potuisse intelligitur, non vero ita *Ludolphi* in *Petrum*.

Nullas fere alicujus momenti discrepantias deprehendi inter editionem recentiorem, collectioni Reysbuch insertam, & nostram antiqvam: duas liceat afferre, & primam qvidem ex pag. 835. editionis Francofurtensis, ubi exstat inscriptio lapidi cuidam vel monumento sepulcrali incisa, sic sonans:

Vidi Pyramides sine te dulcissime frater.
Et tibi qvod potui lacrymans hæc moesta profudi,
Et nostri memorem luctus hanc sculpo qverelam,
Sic nomen decimi Pyramidis alta
Pontificis comitisqve tuis Trojane triumphis.
Lusta sex intra Cæsaris consimilis esse.

Hic editio vetus pro *lacrymans* legit *lacrimas*, loco *profudi* habet *perfudi*, pro *trojane trojani*, pro *lusta lustra.* — Cum pag. 845. edit. Francof. in Inscriptione januæ sepulchri Christi legitur:

Aspice plasma meum qvi transis ante sepulchrum
Quo triduo jacui cum pro te passus obivi,
Et Behemot dirum contrivi cum pede plexum

ex edit. antiqva petenda est vera lectio: *compede plexum.*

Ad calcem libri legitur: Hie endet sich das Buch. von dem gelobten land. vnd heyligen stetten. von den vil in der bibel vnd ewangelio hir vnd dar gelesen wirt.

1477.

Sic qvidem annus impressionis indicatur, sed nec locus, nec nomen artificis: admodum vero felici conjectura usus est *Zapfius*, in Bernouilli Samlung kurzer Reisebeschreibung: 8ter B. pag. 208. de hacce nostra editione mentionem faciens, dum addit: " ist ohne „ Zweifel zu Augsburg bey Günther Zainer „ gedruckt, wen er anderst noch um diese „ Zeit gedruckt hat." — Güntherum usqve ad finem anni 1477 libros impressisse docet

von.

von Murrs Journal zur Kunstgesch. 1ster Th. pag. 62. illum vero etiam impressisse hunc Suchemensis Parochi librum extra omnem ponitur controversiam, observando, qvod inter libros, qvos „*propter deum & „amime sue salutem anno* 1474 *& sequenti- „bus Güntherus impressor civis auguste*" donavit Conventui Carthusianorum Buxheimensium, etiam occurrit opusculum nostrum scil: *libellus de terra sancta in vulgari*. vid. *Murr* loc. cit.

Præter Bibliothecæ Regiæ exemplar duo tantum hujus editionis mihi innotuere, qvorum unum memoratur in *Weislingeri* Armament Cathol. pag. 98, alterum inter monumenta typographica Monasterii Benedicto-Burani asservatur, teste *Zapfio* apud *Bernouillium* l. cit.: de tollenda difficultate circa nomina autoris diversa neuter eorum cogitavit.

1481

1481.

XXXIV. Jacobi de Voragine Legendæ Sanctorum. Fol.

Posſidet hic Bibl. Regia editionem in omnibus, ſi tempus modo editionis exceperis, qvod ſatis mirari non poſſum, congruentem cum illa, qvam in libro Merkwürdigkeiten der Garelliſchen Bibliothek dicto pag. 88 & 89 deſcripſit cel. *Denis.*

Qvælibet ſcilicet pagina diviſa eſt in duas columnas; nullum habet titulum, nec cuſtodes, nec ſignaturam, nec litteras initiales; folia in ſumma paginæ parte numerantur ciphris romanis; charta eſt vilioris notæ; characteres minores gothici: operi præfixus eſt catalogus Sanctorum tribus columnis; inde ſeqvitur prologus, opusqve ipſum, qvorum inſcriptiones vel tituli in noſtro exemplari habentur eodem omninō modo cum iisdem ſcripturæ compendiis, qvæ effigiata ſunt apud *Denis.* — Etiam apud nos in folio CLXV

Hiſto-

Historia lambardica explicit, qvam iacobus de voragine frater ordinis predicatorum. episcopus januensis compilavit. Ipsa tamen qvoniam multorum sanctorum legendas quos hoc nostro tempore varie dioceses venerantur non habet. dignum duximus etiam aliqvos hic annectere: ne quos dominus iesus cristus. ob eorum maxima merita: miraculis clarere & toti orbi innotescere voluit: a nobis silentio pertranseantur.

Sub calcem in folio CLXXXIII *Finit lombardica historia per mandata Anthonii koburger Nurenberge impressa Anno salutis* 1481 (scil. ·lxxxj.) *ydus vero Aprilis tercio.* Hæc est tota differentia; *Denis* in sua editione habet 1482 kl. octobr.; adde, qvod ille in fine legit *hystoria*, & qvod signum chartarum apud illum est caput bovis, qvale in nostræ editionis charta non invenio.

Non habetur hæcce anni 1481 editio apud *Maittairium* in Annal. nec apud *Roederum* in Catalogo librorum seculo XV Noribergæ impressorum.

1482.

XXXV. Henrici de Piro Commentarius in IV libros Institutionum. Fol.

Liber caret titulo, custodibus, signaturis; litterisqve initialibus; character typorum est gothicus justæ magnitudinis cum freqventibus, ut ajunt, abbreviaturis, charta est alba & crassior instructumqve est præsens exemplar marginalibus latis.

Autor incipit: *Annuente mihi omnium legislatore invictissimo principe domino nostro Jesu Christo eterni patris & dignissime virginis filio hoc opus Institutionum aggredior.* In fine: *Ego henricus brunonis alias de piro de colonia inter legum doctores minimus Hoc opusculum ex scriptis aliorum pro — augmentatione hujus novelli studii lovaniensis explevi. Singulis diebus post lectionem ſſtorum mihi a publico deputatam — hoc opus — assumsi.* Duobus foliis albis interjectis: *Institutionum*

seu elementorum libri Summarium litterale & planum exqvisitissime collectum scholaribus juris utriusqve plurimum ad ejusdem intelligentiam conducens incipit. Est vero hoc summarium qvasi index operis Henrici cum hac ab opere ipso differentia, qvod instructum sit signatura foliorum.

Sub finem libri legitur: *Expliciunt Institutionum seu elementorum libri Summario plana Per me Johannem Koelhoff* (e) *Anno domini Millesimo Qvadringentesimo octogesimo Secundo In profesto Epiphanie domini.*

1483.

XXXVI. Tractat van Staecspiil.

Qvarto.

Autorem hocce opusculum, qvod primum idiomate latino conscriptum fuit, agnoscit

 Gallum

(e) Adeoqve est locus impressionis Coloniæ Agrippinæ, ubi ille ab anno usqve 1470 officinam habuerat typographicam.

Gallum ordinis Prædicator: florentem seculo XII nomine *Jacobum de Casulis* vel *Casalis*, *Cessulis*, *Cesolis* &c. maxime vero corrupte, per confusionem elementorum *C* & *T*, *de Thessalonia*, ut apud *Trithemium* in *Fabricii* Bibliotheca ecclesiastica pag. 163 (f), vel *de Thessalonica*, ut in *Conrad. Gesneri* Bibliotheca per *Jo. Ja. Frisium*. conf. *Qvetif* Script. ord. Præd. Tom. 1. pag. 471. & *Lambecii* Commentarii de Biblioth. Vindob. lib. II pag. 848.

Constat liber foliis 136, absqve ciphris & signis distinctionis minoribus; ornatus est figuris 14 ligno incisis ante litteras capitum initiales, magnitudine fere chartarum lusoriarum, impressis & coloratis.

Absol-

(f) Sic etiam in manu exarato Catalogo Manuscriptorum Bibliothecæ Bremensis, qvem in publica venditione librorum Mölmannianorum acqvisivi, occurrit inter codices formæ qvadripertitæ: *Jacobi de Thessalonia ludus Schaccorum s. liber de moribus hominum & officiis nobilium virorum.*



Absolvitur capitibus XIV, qvorum argumentum præmittitur in duobus foliis anterioribus: in folio 3tio. Hier beghint een suuerlick boeck van den tiituerdriif der edelre heren ende vrouwen als van den scaecspiil. dar nochtant een jeghelic mensche van wat staet dat hi si vele sconere ende salighèr leren wt nemen mach. na welcken hi siin leuen sel regieren tot ende salicheit siinre sielen. Deinde narratur origo & inventio ludi Schaccorum in capite 1mo conf. *Gust. Selenus* vom Schachspiel pag. 24 & seqq. & *Encyclopædiam* edit. Novocastrens. Tom. XI pag. 621. In Encyclopædia statuitur locum inventionis esse Indiam, tempus esse Seculum Vtum, & nomen inventoris Sissa. Noster autem ita: In voerleden tyden was een houcerdich onghenadich tyran ghehieten elmaradab coninc tot babilonien — hic crudeliter in suos proprios grassatus est subditos: inter primores regni erat qvidam nomine phylometer, des meesters name bedudet so veel als en minre des maets of des gherechti e:ts — hunc populus

enixe rogabat, ut Regem de iniqua & perniciosa tyrannide admoneret — — — hi begonte te dencken hoe hi sijn lijf mochte behouden: ende den coninc tot enen eerbaren leuen trecken. Ende maecte dat scacspiil in der stat van Babilonien. ende dat tafelbret na der stat forme. Ende al segghen vele luden dat tet scaecspiil eerst ghemaect ende gheuonden wort in den stride voer der stat van troyen nochtans en ist soe niet: mer tis ghecomen wt caldeen in gryecken. ende ic gheloue wel dat tet in den striit voer troyen eerst ghemeenlich gheopenbart wort (g).

Constat opusculum historiolis & fabulis, qvarum etiam maximam partem recordor me puerum legisse in libro, qvi manibus vulgi

(g) Encyclopædia l. cit. „Plusieurs savans ont „ cru, qv' il faloit remonter jusqv' au siège „ de Troye, pour trouver l'origine du jeu „ des echecs; ils en on attribue l'invention „ à Palamede — — — cette opinion est „ en effet destituée de tout fondement.

vulgi sub titulo: Skiemt og Alvor teritur: interspersi sunt freqventes flosculi latini, hamulis vel notis parentheseos inclusi, ex. gr.

Argue consultum te diliget. argue stultum.
Avertet vultum nec te dimittit inultum.
Tempore felici multi numerantur amici.
Dum fortuna perit nullus amicus erit.
Ludere taxillis bene respice quid sit in illis
Res tua, spes tua, mors anima tua pendit in illis.

Ex iconibus qvædam repræsentat een Man sittende op en paert of op enen goeden henxt. Dese ridder sel op siin hoeft hebben eenen stalen pansier. voer siin borst een stalen plate ghedect met enem houdem schilde — een sterke glauie in siin rechter hant &c. alia repræsentat een Man mit enem hamer i siin rechter hant ende een spikeboer (a) i siin luster hant: postrema deniqve capiti præmissa XIVto exhibet een Man met langen crullenden haer. hebende in die luchter hant iii dobbelsteen, aen siin

(h) idem qvod danice dicitur: Spegerbor.

ſiin gordel een buſſe mit brieuen. conf. Encycl. pag. 622. tom. cit. „ Le gout dans „ leqvel on étoit de moraliſér toutes ſortes „ de ſujets dans les XII & XIII ſiecles, fit „ regarder le jeu des échecs comme une „ image de la vie humaine, Dans ces écrits „ on compare les différentes conditions avec „ les pieces du jeu des échecs, & l'on tire de „ leur marche, de leur nom & de leur figure, „ des occaſions de moraliſer ſans fin, a la „ maniere de ces temps-la.

Ad capitis XII verba ſeqventia: Eis enen ygheliken man beter dat hi neme een goede maghet dan een wedue. want die maghet mach hi lichteliker tot ſinen wille brenghen — in noſtro Exemplari manus vetuſta hanc addidit notam: „ Juxta illud. Virgo „ virgultæ flexibili perſimilis mores viri fa- „ cile perdiſcere poteſt vidua ſemper mortui „ viri moribus inhærens novam vivendi re- „ gulam non facile ampleɛtitur “.

Sub-

Subſcriptio libri hæc eſt. Int iaer ons heren M.CCCC.lxxxiii op den viertienden dach van februario: ſo is dit ghenoech-like boeck volmaeckt te delff in hollant.

Hancce editionem *Viſſer* in Catal. librorum ſec. XV. in Germania infer. impreſſorum pag. 14. citat ex Scriverii Laurecrantz ſeqventi cum titulo: „ Tractaat van den Tyd-
„ verdryff der Edele Heeren en Vrouven,
„ genoemt dat ſcaak ſpel, verciert met veele
„ ſchoone hiſtorien. Delf in Hollant 1483
„ in 4to met plaaten. "

Aſſervatur in Bibliotheca Regia codex papyraceus fol. minori, continens opellæ jamjam deſcriptæ textum originalem latinum & magis completum ſed absqve figuris: hocce in codice nomen autoris permutatum eſt in *Jacobum de ſeſolis:* in belgica autem verſione nec nomen autoris nec translatoris vel Epitomatoris adparebant. Diſpeſcitur libellus manu exſcriptus in tractatus qvatuor, quorum ultimus, qui in verſione impreſſa deeſt, agit *de*

motu & progressu corum (i) & in hæc desinit verba: *Explicit liber qvi intitulatur de moribus hominum & de officiis nobilium. Seqvitur tabula super præsens opus secundum ordinem Alphabeti* — foliis duobus interjectis. *Explicit tabula super librum de moribus hominum & vita nobilium. Completa sub anno MCCCC XIV In die marthe virginis per manum fratris andree toppel.*

Cum libri Bibliothecarii Regii b. *Möl-manni* his diebus publica sub hasta distraherentur, in Regiam Bibliothecam devenit codex in Fol. Mstus, chartaceus, continens versionem belgicam libri de ludo Schacchico, pictis iconibus ornatam, sed diversam ab impressa: in fine indicatum, qvod sit ghescreuen vnde vulcommen bye Vietoor * (k) inde stede van brugghe 1480. — Non progreditur versio hæc ulterius, qvam impressa, nec-

(i) *Corum* in Msto lego, sed, qvid sibi vult, nescio.

(k) Cognomen librarii enodare non valeo.

nec complectitur auctarium istud, qvod in latino indicavimus esse codice.

Ex hacce versione, qvæ latinas etiam admixtas habet sententas, corrigi potest vitium, qvod commissum est in versiculo supra ex impressa allato; legendum enim est:

Res tua, spes tua, mors tua, sors tua pendet in illis.

Militi, cujus descriptionem ex impressa supra transscripsimus versione, in Manuscripto hæc tribuuntur attributa: Also wii lesen von ten ouden persien so sal een Ridder aldus wesen gheformeert. Een man sittende vp eenen goeden heinxt wel gheleert te stridene met zuuerliken ghesmide overdect, Als eens Ridders Heinxt of Hors. — Eenen stalin helm vp siin hooft. Een stalin pansier an siin liif. Een stalin plate voor sine borst ghedect met eenen goeden scilde — met yserne Handscoen an sine handen ꝛc.

Facit



Facit ceterum hæc versio ad emendanda multa loca, qvæ tam vitiosa & incorrecta occurrunt in impressa, ut absqve tali auxilio sensum auctoris expiscari esset qvam difficillimum.

1486.

XXXVII. Dat Jutische Lowbock.

Qvarto.

Liber hic, continens Leges Danicas a Waldemaro II in comitiis Wordingburgensibus anno 1240 latas, in idioma inferioris Saxoniæ transfusas, rarissimis est rarior & quantivis pretii. Dubitarunt Eruditi an revera existeret, & ad hoc usqve tempus tria tantum indagare licuit exempla, nullum qvidem integrum sed vel in fronte, vel in calce mancum: unum Bibliothecæ Regiæ exemplar nuper obtulit *Knoblouch*, Advocatus Haderslebensis; secundum olim possedit b. *Sevelius* (vid. Bibliothecam Sevelianam pars II. pag. 51.) post ejus mortem cimelion hoc Museo suo in-

instructissimo intulit perillustris Noster *K. Ancherus*, qvi etiam tertium, qvod superest, exemplar in itinere ad exteros Bremæ acqvisivit, & cujus benevolo favori acceptum refero, me, omnia tria ad manum habere exemplaria, qvibus omnibus opus erat, ut certam de isto libro darem notitiam.

In *Maittairii* Annal. Typogr. tom. V. pag. 540. falsò adscribitur anno 1483. sub hoc titulo: „ Nomocanon Judicum, dat is „ Jutische Lowbook, tribus libris e Danico „ holsatice versum editum in Holsatia 1483" testis excitatur *Prosp. Marchand*, qvi in Histoire de l'Origine de l'Imprimerie pag. 78. editionem hanc huic attribuit anno, seductus nempe vitio typographico in *Molleri* Isag. in histor. Cherson. Cimbr. pag. 265 commisso.

Opusculum totum, qvando habetur integrum, constat foliis 74 in forma, ut ajunt, 4ta; charta est firma sed fusca; typi gothici justæ magnitudinis nec inconcinni, interdum typus unus duas simul complectitur literas;

com-

compendia ſcripturæ ſunt paucisſima; ſigna diſtinctionis nulla, excepto puncto, qvod ipſum parciſſime adhibetur; folia nullis numerata ſunt ciphris, nec cuſtodes occurrunt, adeſt vero ſignatura: litteræ initiales capitum jam deſunt, jam conſpiciuntur ornatæ figuris ligno inciſis variisqve coloribus diſtinctis (l).

Folii primi pagina anterior duos exhibet Reges, Waldemarum ſcilicet filiumqve Ericum, & qvinqve Epiſcopos ligno inciſos coloribus obductos, cum tali ſubſcriptione Dyt ſynt de heren unde de biſchoppe de dyt recht ghefundert hebben. — folio verſo absqve ullo titulo incipiunt verſus ſeqventes:

De meyſter leret uns de ſynne
Van aller Werke ambegynne
Scholen wy gode deme heren
Tho vorne anropen unde eren
Aldus ſy god to vorne benedyet
De uns van ſynden hefft ghevryet

Unde

(l) In omnibus exemplaribus figuræ ſunt eædem, ſed non ſemper eodem modo illuminatæ.

Unde spreke in den suluen namen an
Des bokes vorwort so se stan.

Constat hic Vorwort sive prologus versiculis 106: qvoad argumentum convenit cum prologo prosaico reliqvis legis Juticæ editionibus præfixo. In codice Bibl. Reg. qvi hanc eandem continet versionem manu exaratam, dispescuntur hi 106 versus in qvatuor commata minora sive qvatuor prologos, ita ut versus primi 24 pertinent ad prologum primum
22 seqventes ad prologum secundum
38 ad tertium
22 ad qvartum & postremum

Prima præfatio in codice msto sic incipit:

Voldemar van ghodes gnaden
Konninck to dennemarke na rade
Synes rykes unde mengerhande
Prelaten unde heren an synense lande
Hath den denen dyt bock ghegeuen
Dar ere recht is anbeschreuen 2c.

De ander vorrede his inciprit verbis citatis ex codice impresso

Dat recht schal wesen erlick
Rechtuerdich unde lidelick 2c.



De drudde vorrede ita incipit:

De forsten scholen an rechtuerdicheyt
De lant richten unde an klockheyt.

De verde his:

Konninck woldemar vorgenant
Des syn bort is wol bekant &c.

Kofod Ancheri Lovhistorie 1ste Deel pag. 18 in hac recensione procerum regni, qvi in initiis aderant, *Uffo* vel *Offo*, Archiepiscop Lundensis, nominatur *Christophorus*.

Ock was dar to den suluen stunden
Cristoffer de erze bisschop to lunden

e contrario Christophorus, tertius regis fili qvi ibi aderat, non nominatur. In versibus Ottonia per vitium typographicum voca *Oldensee*; codex manuscriptus recte le *Odensee*: aliud exemplum non erroris typ graphici, sed incuriæ ignorantiæqve Tra latoris, dabit libri III caput 9num, haec verba: „Claustrales non poterant t „ram, de qva plenam Landwern solveba „ emere post generale Concilium, qvod „ nocentius papa celebravit. danice: Closl „ men mue ey jordh kiøbe ther Landw

„ gick aff sithen thet general consili war ther „ innocentius pawe haffde " — ita transtulit De closterlude mogen neen land kopen dar men vul landwere aff dede Sedder deme menen rade den pauwes innocencius stedigede.

Nomocanone ipso absoluto seqvitur, foliis sex exscripta, exhortatio & admonitio de jurejurando & perjurio:

Den werdygen hilligen geyst int Ambegyn
De mote vorluchten vnsen syn
Dat wy düsse loboke wol begynnen
Des bidde wy marien de himmel konnyngynen
Dat se uns vorbidde to gode deme heren
Dat wy nummer mene eede en sweren 2c.

Ultimo loco est admonitio adversus ebrietatem, qvoniam homines temulenti & ebriosi diris & exsecrationibus indulgere soleant, desinitqve liber in precationem seqventem:

Help hillige frouwe sunte Anna sulff (m)
drude.
Nu unde to allen stunden Dat is dick unde
vaken in waters noeet bevunden.
Anno. M.CCCC.Lxxxvi.

Hæcce precandi formula lumen accipit ex *Actis Sanctorum* pro Julio tom. VI. p. 261 & seqq. ubi narrantur miracula sanctæ Annæ & auxilia, qvæ experti sunt nautæ & navigantes, in tempestate maris opem ejus implorantes; p. 262. „adolescens Hungarus horrida „nimis tempestaté exsurgente — vicina „morte omnium animos vehementer affli„gente — protendens manus & faciem in „coelum, auxilium Patronæ suæ clara voce „deprecatur dicens: Anna mater, una cum „filia tua & nato ejus succurre, obsecro. „Hoc modo in cunctis necessitatibus suis so„litus est Annæ præsidium invocare; vix „dum verba compleverat, & subito omnis

„illa

(m) Apud *Ancherum* l. cit. irrepsit error typographicus *hulff* pro *sulff*.

„ illa ventorum undarumqve tempestas miti-
„ gata est." &c. p. 266. Alii in vitæ peri-
culo in mari constituti „cum ab aqvilone maxi-
„ mo impetu ventus aggrediens faciem ma-
„ ris in procellas sævissimas suscitavit — unus
„ Dei matrem, alius virginem Catharinam,
„ tertius vero & qvartus Jacobum aut Petrum
„ in sua bona vocarent. — Aderat forte unus,
„ in navi, qvi jam antea fuerat Annæ matris
„ expertus clementiam, qvi ita ceteros ad-
„ hortatur: Qvid, ait, vanis clamoribus in-
„ vitos coelicolas fatigatis? An ignoratis,
„ qvod in hoc periculo Annæ sunt nobis dul-
„ cissimæ matris suffragia ambienda — tunc
„ illi omnes uno corde, uno ore Annam in-
„ vocabant, una & filiam ejus & suum uni-
„ genitum salvatorem, ut a mortis periculo
„ eriperentur illæsi." Ex his liqvet qvid
sibi velint ista: Anna sulff drüdde, & qvod
opem ejus sæpe (h. e. dick unde vaken vid.
J. C. *Dähnerts* Platt-Deutsches Wörterbuch
pag. 516.) experti sunt navigantes.

Ceterum in recensione editionis hujus
legum Juticarum eo brevior esse potui, qvo-



niam eam jam ante *K. Ancherus* in Historia Legum Daniæ loc. cit. exacte descripsit, judicia Eruditorum multa de pretio versionis allegavit, lectionesqve ab aliis variantes editionibus excerpsit — pluras sine dubio daturus in nova, qvam prelo paratam habet, harum legum editione. (n)

1496.

(n) Prelo jam subjecta, erat plagula hæc, cum *Erichsenius* S. Reg. Maj. a consiliis Conferent. & a Bibliotheca, pro ea, qva semper est, humanitate, me admoneret, *J. C. H. Dreyerum* in Specimine Juris publici Lubecensis, Bytzov. & Wism. sine anno edito, versionem hanc antiqvissimam Nomocanonis, albo ut ibi dicitur corvo rariorem, jam dudum recensuisse. — Descriptio *Dreyeri*, qvæ singulari cum exactitudine & diligentia videtur esse composita, tót in vocibus & circumstantiis dissentit a nóstra, ut aliam diversam editionem arguere sibi facile persvaderet lector: sed observandum 1mo. qvod in exemplo isto *K. Ancheri*, qvo usum se esse indicat *Dreyerus*, folia priora sint transposita, 2do. qvod ab incuria impressoris libri Dreyeriani nonnullæ originem ducant discrepantiæ.

1496.

XXXVIII. Innocentius III de contemtu mundi. Octavo.

Impressus est liber characteribus minutis gothicis, non absqve abbreviaturis, ut vocant; folia infra signata sunt, sed nec numerata ciphris, nec instructa custodibus; qvælibet pagina habet columnas duas & in qvavis lineolas 30.

Titulus: *Liber de contemptu mundi sive de miseria conditionis humane a domino Innocentio papa tertio copulatus.* In fine: *Liber de contemptu mundi sive de miseria humane conditionis editus sive copulatus ab Innocentio papa tertio. Hermanni bomgarth de ketwich viri solertis arte & impensis colonie nuper impressus anno salutis. M.cccc.xcvi. die xx. mensis septembris feliciter finem habet.*

1498.

XXXIX. Antonii Mancinelli Carmina. Qvarto.

Opufculum hoc, litteris romanis excufum, complectitur, ut in folio primo indicat titulus: *Antonii Mancinelli Carmen de Floribus. Carmen de Figuris. De Poetica virtute. Vitæ Carmen.* Sub calcem legitur: *Impreſſum Venetiis M.cccc.lxxxviii. die* III *decembris Per Joannem de Cereto alias Tacuinum de Tridino.*

Si non erraverit *Maittairius* vel potius *Orlandi*, qvem ille citat, Johannes de Tridino etiam antea, anno nempe 1493, Venetiis impresfit *Mancinelli* Carmina de floribus, de figuris, & de virtute poetica vid. *Maittair:* Annal. Tom. V. pars poft. p. 48. conf. etiam *Freytagii* Adparat. Literar. tom. I. p. 690.

Sine

Sine indicio anni lociqve.

XXXX. Spegel der mynschlken Behaltnisse. Folio.

Constat liber foliis 460 forma chartarum minori; charta est fusca sed solidissima, characteres ita dicti monachales, comparent 138, ligno incisæ & coloribus distinctæ, figuræ ineptæ & ridiculæ, loco literæ initialis capitum vel sectionis minoris adhibitæ, & magnitudinem chartarum lusoriarum non multum excedentes; folia nullis notata sunt numeris; nec custodes, qvos vocant, seqventis paginæ initiale vocabulum exhibent; nec adest signatura; nulla signa distinctionis præter punctum, non semper sententiis, sed sæpissime verbis singulis distingvendis inserviens; in fine capitis vel periodi minoris qvatuor crebro puncta confuse posita sunt; versus finem operis conspiciuntur signa admirandi & interrogandi inversa, qvæ etiam sæpe tantum verba a verbis disjungunt.

Ex libris, qvi ſub infantiam artis typographicæ prodiere typis excuſi, non ullus facile eſt celebrior & notior, nec ullus plures movit lites doctas, qvam *Speculum humanæ ſalutis;* omnibus enim ingenii & doctrinæ viribus, alios ut taceam; conatus eſt *Ger. Meerman* in Orig. Typogr. Laurentianæ ſuæ officinæ Harlemenſi primas hujus operis editiones vindicare, at infelici ſucceſſu; totum ædificium corruit, &, qvam ambitioſe captaverat, vetuſtatis laudem amiſit officina iſta Hollandica, præſertim per repetitas curas & disqviſitiones Cel. *von Heineke* 1mo. in Nachrichten von Kunſtlern und Kunſtſachen 2ter Theil, 2do in Idée d'une Collection d'Eſtampes p. 432. & ſeqq.

Conſtat *Speculum hoc* ordinarie capitibus 45, qvorum inſcriptiones & argumenta attulit *von Heineke* locis cit. Ex editione Speculi latina Pariſienſi anni 1498 apud Jean Petit 4to.(o) non-

(o) Hanc editionem, omnibus ignotam Bibliographis, ex ſuo Muſeo officioſisſime mihi ſubminiſtravit Profeſſor *A. Kallius*.

nonnulla transſcribam, qvæ ad dispoſitionem & methodum libri perſpiciendum faciunt: *In primo capitulo agitur de caſu luciferi & ſuorum ſociorum: de formatione ade & eve & de dignitate ipſorum.*

In ſecundo capitulo agitur de precepti transgresſione: & de hominis ejectione & exilii hujus prolongatione. In predictis duobus capitulis patet noſtra damnatio: in aliis capitulis ſeqventibus patet noſtra reconciliatio. Sed notandum eſt quod in ſingulis capitulis modus iſte ſervatur qvod de novo teſtamento primo una veritas recitatur. Poſtea de veteri teſtamento (etiam ex hiſtoria profana) *tres hyſtorie applicantur: qve ipſam veritatem prefiguraſſe comprobantur.*

In tertio capitulo incipit qvaſi initium noſtre ſalvationis: ubi agitur de conceptione & ſanctificatione beate virginis. Cum enim Deus humanam naturam ſumere decreviſſet: congruum fuit ut matrem de qva naſceretur premitteret. Iſtud prefiguratum erat per re-

gem, Astragem (p) *& ejus filiam per fontem signatum in orto conclufo: & per stellam balaam.*

Sed accedamus ad eam, qvam manibus versamus, Speculi editionem, qvæ a nemine hucusqve fuit descripta: est Speculum humanæ salvationis in dialectum Saxoniæ inferioris versum, variisqve multis auctum additamentis; continet nempe Evangelia & Epistolas cum Glossis ac commentationibus: auctarium hoc reperitur qvoqve in editionibus in lingva germaniæ superioris procuratis Basil. 1476, Aug. Vindel. 1489, Reutling. 1492, Aug. Vind. 1492. confr *Weislingeri* Armament. Cathol. p. 76. *von Heineke* loc. cit. *J. G. Schelhorns* Samlung für die Geschichte 1ster Th. p. 417.

Non perspicio, qvo factum sit, ut Cel. *am Ende* apud *Schelhornium* libr. cit. p. 419. per

(p) Idem hic error *Astrages* pro *Astyages* in omnibus Speculi editionibus simul & versionibus occurrit.

per indicatum augmentum adductus de sua Speculi editione Augustana anni 1489 statuere potuerit: „Man sollte dem ersten Ansehen „nach meinen, es sey nichts anders, als eine „neue Ausgabe oder Uebersetzung des spe- „culi humanæ salvationis, oder Spiegel on- „ser Behoudenis, welches als eines der aller- „ersten gedruckten Bücher bekannt genug ist. „Allein aus der Nachricht, die ich davon ge- „ben werde, wird man sehen, das man es „eher als ein ganz umgearbeitetes Werk „ansehen könne, indem fast nichts, als „der Titul und der Anfang der Einrich- „tung von jenem Buche hier beybehal- „ten ist — & pag. 422. Noch muss ich „anführen das der Herr von Heineke in dem „2ter Th. seiner Nachrichten von Künstlern „u: Kunstsachen auch des gegenwärtigen „Buches gedencket und es zu denenjenigen „rechnet, die nicht das geringste ähnliche „mit jenem *Speculo* haben, ungeachtet man „inen eben den Titul gegeben hat." Non animadvertebat *am Ende*, ut ex ultimo videre est citato, qvod *von Heineke* jam in curis suis

posterioribus in hocce opus (vid. Idee d'un Collection d'Estampes) judicium mutaverit, dum die Spiegel menschlicher Behältnisse Basileæ, Augustæ Vindel. & Reutlingæ prodeuntes, simpliciter vocat translationes germanicas speculi decantati, conf. pag. 470. „Une „ traduction alemande, sans le texte latin, a „ été imprimée en 1476 in folio, sous le ti- „ tre: Spiegel Menschlicher Behältnisse. On „ y trouve toutes les répresentations, qv'on „ voit dans les anciens Mstt. latins; ainsi pa- „ reillement celles, qve *Veldener* a inserées „ dans sa nouvelle edition flamande. Par „ dessus le traducteur a entremêlé le texte „ avec les évangiles & avec les épitres de la „ Bible, y ajoutant même une glosse en ab- „ bregé. — La premiere vignette est pareil- „ lement la chute de lucifer, & la derniere, „ le couronnement de la Saint Vierge. "

In illo, qvod ad manus est, exemplari desunt præfatio, index argumenti, ut & registrum evangeliorum & epistolarum; hunc defectum calamo supplevit manus vetusta, &

inci-

incipit præfatio: De dat vele lude vnderwisen to der gherechticheit de werden schynen also de sternen vn̄ der ewicheit ꝛc. opus ipsum ita incipit: Lucifers Val. Lucifer sprack Ick upstige in den Himmel vn̄ werde glick deme ouersten. Ysaye an deme xiiii. vnd Apocalipsis an deme xii.

Dat erste capitel.

In godes Namen Amen Hyr heuet sick an eyn spegel der mynschliken behaltnisse In dem gopenbaret wert de val des minschen vnd de spise Oft de mate des wedderbryngedes. In desem spegel mach de mynsche erkennen vmme wat sake de schepper aller to rade wart (q) den minschen to scheppende Vnn wo de minsche van des duuels drognisse verdomet wart vnn wo he mit der barmherticheit he wedderbrachte to behaltnisse. — Lucifer de ouerhof sick wedder sinen schepper den ewigen got. Dar vmme wart

he

(q) Vulgo adhuc danice dicitur: ieg er tilraads a: decrevi facere hoc vel illud.

he in enem ogenblicke vorworpen van der hogede der hemmele. Vmme der soke wart got to rade minschlike nature to scheppende Dat he mochte mit deme minschen lucifers val wedderbringen. Dar vmme hatede de duuel den minschen vnd stalte sick dar vp wo he en dar to brechte dat he godes bot breke vnd ouertrede.

To dessen saken vterkore de duuel eme suluen einen slangen de do to male vprecht ginge vnd ener maget houet hadde. In den slangen slop de duuel vnd sprak durch sinen munt drogenaftige wort to der vrouven eua.

Speculum latinum (nimirum ex editione supra laudata Parisiensi) sic incipit: *Incipit speculum humane salvationis: in qvo patet casus & ruina hominis & modus reparationis.*


Capitulum primum.

In hoc speculo potest homo considerare quam ob causam creator omnium decrevit hominem creare. Potest etiam homo videre quomodo per dyaboli fraudem sit damnatus. Lucifer erexit se contra creatorem suum dominum eternum. & in ictu oculi de excelso celorum projectus est in infernum. Et ob hanc causam decrevit deus genus humanum creare: ut per ipsum posset casus luciferi & sociorum ejus restaurare. de quo Ysai: xiiii. Quapropter dyabolus homini invidens sibi insidiabatur: & ad precepti transgressionem ipsum ducere nitebatur. Quoddam ergo genus serpentis sibi-dyabolus eligebat qui tunc erectus gradiebatur & caput virgineum habebat. In hunc fraudulosus deceptor mali artifex intrabat. & per os ejus loquens verba deceptoria mulieri enarrabat.

In capitulo IIItio. Astrages sach enen winranken wassen van siner dochter. — In scholastica Historia (r). De koning astrages sach einen wunderliken dreem ꝛc.

ex

(r) Scil. *Petri* Comestoris.

ex speculo latino pag. 4. huc pertinet: *apud iullium tragum* (s) *narratur hystoria hujusmodi. Rex astrages visionem mirabilem videbat.*

In cap. Vto. Jeppe (t) offerde gode sine dochter. Judicum an deme xi.

In capite eodem qvinto, ubi de nativitate Mariæ ejusqve familia agitur, hi occurrunt versus:

Anna was ein salich wyff.
Dre Marien telede er liiff.
Dre manne hadde se to der ee.
Joachim Cleophas und Salome.
Joseph wart marien gegeuen:
De telede Jhesum unse geystlick leuen.
Alpheus de andre marien man.
De telede Jacob Joseph Symon vnn
Judan.
De drudde maria wert nicht verlaten.
De telede zebedeum Johannem Jacob
den groten.

In

(s) Leg. *trogum.*

(t) Forsan igitur viri vulgare nomen *Jeppe* derivandum ex *Jephta* Bibliorum sacrorum?

In eodem capite: Et was eyn deef de hadde grote andacht to vnser leuen vrouwen. Doch so liet he sin stelen nicht aue. Doch so wart he to deme lateſten erhangen. Do wart he leuendich van unser leuen vrouwen dre daghe an deme galgen vpentholden. ꝛc. talia multa laudantur exempla hominum, huic vel illi vitio deditorum, qvos omnes, qvando ad anguſtias redacti eſſent, e periculis imminentibus eripiebat Maria, ſi illius modo opem implorarent, horasqve ejus aſsidue canerent.

Bibliorum Sacrorum in lingvam Saxonicam vulgarem translatorum Bibl. Reg. duas mihi ſubminiſtrat editiones, alteram Colonienſem ſ. a. & alteram Lubecenſem anni 1494; cum neutro horum conveniunt verſiones locorum biblicorum in Speculo obviorum; v. c. in Cap. VIII. finitur hymnus angelicus, deſumtus ex Luc. 2do. ita: in ertrike sy vrede allen den mynschen de gudes willen sint. Item in fol. Speculi 77 ex Joh. 2do. Wyff wat is dy vnd my gemeneſt, ibid.

Bringet deme houemester — vnd also man des gedruncken hefft so gifft man den snoden. Item ex Genes. 1. fol. Speculi CCXVIII. In dem ainbegyn schoep got hemmel vnd erde wente de erde was ydel vnn leddich vnd vinsternisse weren vppe dem antlate des Affgrundes vnd de geist godes wart gedragen vppe de water.

Caput XXXIX. in folio 314to. agit de extremo judicio, dat lateste gerichte; porro caput XL. wo cristus sine vader sine wunden wyset vnd Maria eren sone ere bruste; caput XLI. De pyn der verdomeden in der hellen; caput XLII. van den vrouden der salighen: ordo talis capitum convenit cum isto, qvi obtinet in editione Augustana Bergeri apud Schelhornium l. cit. sed inversus est hic ordo in Speculo latino Parisiensi, & capita ita disposita — in capitulo XXXIX. *cristus ostendit pro nobis patri sua vulnera. & maria ostendit filio suo pectus & ubera.* cap. XL. *audiamus qvam districte cristus vult in judicio judicare.* XLI *de pena damnatorum,* XLII *de gaudiis beatorum.*

In-

In foliis 324 & 25 enumerantur de veftevn teken des Jungeſtendages. — Sanctus Jeronimus hefft funden in den Abrahamſchen Bokeren veſſteyn teken des lateſten gerichtes Jeſu unſes heren.

Video qvindecim hæcce ſigna, extremum anteitura judicium, eſſe eadem, qvæ *von Heineke* in libro ſuo, Idée générale dicto, p. 390. & *d'Annone* in Diario Murriano 5ter Th. p. 12. allegarunt ex alio libro, in hiſtoria incunabulorum artis typographicæ celeberrimo, dicto Der Endtkriſt ɔ: *de Antichriſto:* nec ullus dubito, qvin vel ex Speculo vel ex libro de Antichriſto compilatus ſit iſte libellus danicus: The ſæmten Tegn forren wor Herres ſtrenge Dom ſkal komme. Kiøbenhavn hos *Gotfried* af *Ghemen* 1509. 8vo.

Folio 451 hefft an de ſouen Bedroffniſſe vnſer leuen frouwen; & folio 456. heuet ſick an de ſeuen vreuden unſer leuen vrouwen: habentur hæ ſeptem triſtitiæ totidemqve lætitiæ, in lingvam vernaculam ver-

se, in libro, sub nomine Vor Frue Tider notissimo, evulgato Parisiis 1514 Lipsiæqve 1517. 12mo.: est vero ordo inversus & primo læsiss en god bøn iomfru maries syw glæder til loff oc ære; & deinde. En bøn som læsiss skal iomfru marie till loff for de syw drøuelser hun hagde her paa Jorden.

In folio 460 post enarrationem septimæ lætitiæ, qvæ est coronatio beatæ virginis, extat formula finiendi: Deo gratias. nec ulla alia conclusio operis.

XXXXI. De deusche Kroneke.

Qvarto min. vel 8 maj.

Excusus est hic liber in charta nitidæ albedinis absqve ciphris & custodibus, sed folia literis Alphabeti majoribus infra signata sunt; qvoad stigmata observari meretur, qvod, præter punctum unum, interdum ad sententias distingvendas adhibeatur qvasi-comma, obliqve inter voces positum.

Titu-

Titulus, in folio separato exscriptus, integer hic est: Dyt is de densche kroneke de Saxo grammaticus de poeta ersten gheschreef in dat latine unde daer na in dat dudesck ghesettet is unde inholt dat van Abrahams tiden is dennemarken eyn konninkryke ghewezen unde sodder, hefft egene konninghe unde heren alletijd ghehat Unde dat tho van vele groter manheyt starke unde vele grote werke mit vele meer wunders de ghescheen syn by dyser konninghe unde dat densche volk.

Hujus chronici mentionem facit ex recentioribus *Klotzius* in prolegomenis ad suam Saxonis editionem p. 21: „ Interpretationes, „ ait, Saxonis exstant variæ. Priusqvam enim „ latina lingva prodiret illius historia, lege„ batur eo sermone, qvo Saxoniæ inferioris „ cives utuntur. Ea interpretatio paulo post „ a. 1480. prodiisse fertur. „ *Langebekius* etiam in catalogo librorum danicorum, ætate & raritate insignium, hocce chronicon annumeravit libris Seculo XV impressis. v. Dansk

Histor. Alman. for 1764. — Exemplaria vidi in Bibliothecis, præter regiam, Suhmiana (u) & Ancheriana; est qvoqve in Museo Hielmstierniano. (x)

Nullus ante me, qvantum qvidem scio, rectam & exactam de hocce scripto dedit notitiam: toto aberrarunt coelo omnes, qvi sibi persvaserunt esse versionem operis Saxonis Grammatici, cum in hac editione tantum habetur *Thomæ Gheysmeri Compendium historiæ danicæ ab initio ad Waldemarum* IV, in lingvam Saxoniæ inferioris versum, & simul continuatum usqve ad mortem Christiani 1mi. Vix vero proprio marte hoc indagassem, ni me edocuissent Perillust. *Suhmius* & Prof. *A. Kallius*.


Com-

(u) Exemplar nitidum — pertinebat olim ad *Langebekium*.

(x) In cujus catalogi part. 1ma recensetur pag. 333. sub No. 24. hac addita nota: „Den endes med Kong Christian 1. og er trykt før 1500."

Compendium hoc *Gheysmeri* in lingva originaria latina edidit *Langebekius* inter Scriptores Rer. Danic. medii Ævi Tom. II. p. 286-400; latuisse opinor virum sagacissimum, De Denscke Kroneke esse versionem compendii Gheysmeriani; alias observationem, notatu dignissimam, silentio non præteriisset.

Erat *Thomas Gheysmerus* Stralesundia oriundus, professione monachus vel frater conventualis Ottoniensis; consummavit opus suum 1431; ab initio vero usqve ad Canutum VI. historiam Saxonis in compendium redegit, mutato tamen ubiqve classico & cothurnato Saxonis stilo, additisqve hic & illic de suis nonnullis, qvæ in Saxone non reperiuntur. Et non solum Saxonem contraxit Gheysmerus, verum etiam post eum historiam danicam a Canuto VI ad Waldemarum IV continuavit, res gestas uniuscujusqve regis maxime memorabiles compendiose narrans. (Ex prooemio *Langebekiano* loc. cit.)

Epitomator hic Saxonis tam diligenter & accurate est translatus impressusqve, ut in minimis etiam cum textu Langebekiano latino in pluribus, qvæ qvidem contuli, locis conveniat: Prologus v. c. sic incipit: De werke vnde hanterynghe der denen de hefft to hope screuen eyn de daer was wys in der kunst grammatica. Post prologum Sectio ista, qvæ apud *Langebekium* inscribitur: Excerptum de prologo Saxonis, in germanica translatione hunc præfert titulum: Dyt ys de Bewysinghe van den Resen. In hac sectione Sinus Limicus, ut apud *Langebekium*, vocatur lymphyor. De Fionia vero habetur seqvens, qvod textus latinus ignorat, encomion: In dat osten van Jutlande ouer eyne cleyne veer (leg. mer) daer licht eyn beuloten lant dat het Seone dat dar ghans vruchtbar is vnde gut vnde nutsam — in Scriptor: tantummodo legitur: *Ad orientem Jucie modico distincta passagio est Feonia insula,*

Ex

Ex nostra editione firmari potest conjectura *Langebekii* ad narrationem de Odino, amplexus Rindæ Ruthenorum regis filiæ ambiente; Langebekius tom. cit. p. 390. pro *Wetam arte medicam se fatetur* mavult *peritam in arte medicinali se fatetur* — & versio, nullo expresso nomine, narrat: he hadde sik do to ghemaket alzu eyne iunkvrouwe vnde sede se wol arstedyen alle zuke.

Apud *Langebekium* l. cit. p. 344. irrepsit erratum, nescio an typographo imputandum, qvod inter Addenda & Corrigenda ad T. II. Scriptor. non invenio. *Haraldus reputans forsan fidem Cristi inanem, eo qvod sibi prospere evenisset, eam sicut faciliter acceptaverat, rejecit.* Ut per se patet, excidit post *sibi* particula negandi *non* v. *minus*, sine qva contextus bene non constat. Versio habet: Harald mach wol scheen do he sach dat id n i c h t luckeliken vorghink do mende he ock dat idt nicht en were vnde ghaff ock den christenen louen ouer.

Postqvam in fine historiæ Waldemari I. narraverat Gheysmerus de *literis imperialibus sub aureis bullis, qvas Mechildis* (in versione Mette) *regina relicta Abelis postmodum in odium Danorum destruxit* — translator adjecit: men dyt en settede Saxo nicht. —— Infra sub historia Canuti VI. Gheysmerus latinus habet; *hic terminatur opus Saxonis circa annum Domini MCXC*; similiter in versione: Hyr gheit dat nu vth dat Saxo sette van den werken der denen — cum hoc additamento vnde mach wol scheen dat he syn leuent endede mit der hystorien in den jaren vnses heren alse men schreeff M c.xc.

Pag. 387 in Scriptor: ad locum de Rege Abele fratris interfecti thesauros Roskildiæ qværente, qvomodo Roskildiam veniens *in dicta cista nihil aliud invenit, qvam unum habitum cum corda pro ordine intrando; Langebekius* excitavit variantem lectionem: *pro Fratre Minore*, id qvod etiam translator effinxit: he vand anders nicht in der kysten men

allso

alsodanich ein ghewaet (ghewant) alse de grawen brodere hebben mit der korden.

Sub historia Waldemari cognomine Atterdag legitur hic in folio 157 pagina aversa notum istud, civitatibus Hanseaticis datum, responsum: Souen vnde souentich henssen hebben souen vnde souentich genssen 2c.

In initio imperii Waldemari IV terminatur Epitome Saxonis per Gheysmerum conf. Scriptor p.393: ac qvæ ulterius ex codice Magnæano desumta excudi curavit *Langebekius* in integris qvatuor foliis, horum nihil in nostra, de qva sermo est, editione occurrit; illa contra filum inceptum continuat, deducens historiam Principum succedentium usqve ad obitum Christiani 1mi 1481.

Clauditur deniqve liber ita: Do he (Christianus I.) denen konik ghewest hadde in dat xxxiii yar do bleef he doch to Kopenhaghen vnde wart begrauen to roskyldis in sine capelle in dem dome in dem

yare M.cccc.lxxxi in deme xxi daghe in deme mey mane — — wat hir nu na ghescheen mach van der herschop edder anders des rykes weghen in tokomenden tyden de moghen nu nicht mer hyr na wen to vorn declareren to ewighen tyden vorgheten to schriuende vnde noteren vnde de denschen Croneke dar mede to vorbeterende.

Hæc conclusio, præter reliqva venerandæ vetustatis signa, esse potest pro argumento, editionem nostram paulo past 1480 esse procuratam; si enim longo abhinc temporis intervallo prodiisset, editor sine dubio precibus, in conclusione contentis, fecisset satis.

XLII. Adrianus de remediis utriusqve Fortunæ. Fol.

In fronte: *Incipit liber de remediis utriusqve fortunæ prospere & adverse. Copulatus per qvendam Adrianum Cartusiensem & sacre theologie*

ologie professorem. Ad calcem: *Explicit liber de remediis utriusqve fortune prospere & adverse Copulatus per qvendam Adrianum Carthusiensem & sacre theologie professorem. Impressus in alma universitate Lovaniensi in domo magistri Johannis de Westphalia.*

Apparet hæc editio, Maittairio ignota, primo in Thesauro Bibliothec: 2ter B. p. 69: laudaturqve ut editio rarissima & prima: ex Thesauro Bibl. eam iterum protulit *Clement* Bibliotheqve cur. tom. 1. p. 56, & hunc deinde citavit *Visser* in libro dicto Uitvinding der Boekdrukk. app. p. 57. ubi autumat hoc opus circa 1475 fuisse impressum, causam afferens, qvod Lovanii artem typographicam eo tempore exerceret Johannes de Westphalia. conf. *Maittair.* Annal. Typ. tom. 1. p 260.

Constat liber foliis 70 non qvidem in summitate numeratis, sed infra literis Alphabeti signatis: titulus, custodes, diphtongi & stigmata minora desunt; forma typorum est gothica; singulæ paginæ dividuntur in colum-

nas

nas duas, & in qvalibet columna exstant lineolæ 42.

De autore legatur *Fabricii* Bibliotheca med. & inf. latinit. edit. Mansi tom. 3. p. 180. „ Hadrianus Carthusianus in Carthusia vicina „ monti S. Gertrudis in confinio Brabantiæ „ & Hollandiæ, circa annum 1410. exemplo „ Francisci Petrarchæ scripsit librum de re„ mediis utriusqve fortunæ. "

Opus autor divisit *in libellos duos: in primo monstrat qvod virtus nunqvam credat letis, neqve blandis attollatur. In secundo qvod contemnat minas, neqve adversis ullis terreatur. — prout ex colloqvio* T *&* C *faciliter comprehendi potest ut scilicet cultor virtutis. & amator veritatis* C *vocetur.* T *vero Tyro vanitatis atqve viciorum servus nuncupetur.* —— In libro priori fol. 25. gloriatur *T* se libros componere, ad qvod respondet *C. hodie qvisqvis aliqvid pingere in membranis didicit manuqve thalamum* (calamum) *versare scriptor vult haberi. omnis doctrinæ ignarus ingenii*

expers

expers. artis egens huic faciendi libros non est finis.

XLIII. ANTIDOTARIUM ANIMÆ. Folio.

Nullum habet præfixum; titulum clauditur hac subscriptione: *Liber qvem Antidotarium anime vocant predicatoribus ac etiam contemplationi insistere volentibus perutilissimus correctus & sollicite emendatus Impressusque in alma universitate lovaniensi in domo Iohannis de Westphalia.*

Impressus est hic liber iisdem characteribus, eadem forma, eadem charta; sine titulo, ciphris, diphtongis, distinctionibus minoribus, ut proxime præcedens *Adrianus*; pagina etiam qvævis constat columnis duabus & qvælibet columna lineis 42: hinc liqvet Antidotarium prodiisse eodem tempore ɔ: circa 1475. (y)

Opus

(y) Ambo opuscula extant in Bibl. Reg. in uno ligata involucro.



Opus ipſum antecedit *Tabula alphabetica in librum ſubſequentem Anthidotarium anime appellatum.* deinde Incipit *liber aureus qui antidotarius animarum dictus eſt. Non modo doctoribus aut predicatoribus verum etiam cunctis Chriſti fidelibus perutilisſimus ac ſumme neceſſarius. Qvia in eo de preſervatione & reparatione anime peccatricis tractatur. Qvem quidem ita emendatum impresſi ut qvicqvid hoc in libro dicitur. ſacris auctoritatibus. rationibus naturalibus, pulcherrimisqve approbatur atqve corroboratur exemplis.* Pulchrorum horum exemplorum magna pars legi poteſt in libello ſupra allegato, Skiemt og Alvor dicto, hinc nullum ſpeciminis cauſa transſcribere opus eſt.

XLIV. Bartholomæi Montagnanæ Consilia. Fol.

Conſiliorum Montagnanæ apud *Maittairium* tom. V. p. 2da. pag. 79. duæ occurrunt editiones, annorum ſcil. 1497 & 99; illa, qvam

mani-

manibus verſamus, & qvæ nec tempus nec locum impresſionis indicat, ni fallor, prima eſt, iſtisqve duabus vetuſtior.

Eſt magnæ molis opus, foliis conſtans 331 in forma chartarum maxima, impreſſum absqve titulo, literis initialibus, ciphris, ſignatura, reclamantibus, diphtongis; character eſt ita dictus gothicus parvus, compendiis ſcripturæ plenus; ſingulæ paginæ in duas diſpeſcuntur columnas, & qvælibet columna complectitur lineolas 60.

Regiſtrum rerum & conſiliorum 4 priora occupat folia; ſeqvitur opus ipſum cum ſeqventi præfamine: *Ne de nobis bene meritus Bartholomeus montagnana obſcurus relinqvi patiatur: & eorum qve pro langventium ſoſpitate tutanda: aut jam contractis egritudinibus depellendis reliqvit medici penuria ſubleventur. Qve undiqve ab eo antea ſparſim conſilia legebantur: in unum corpus compilaſſe ſtuduimus: & eò qvidem ordine ut qve ad capitis diſpoſitionem attineant reliqvis preferantur* &c.



Duos Patavium gloriatur ſe habuiſſe *Bartholomæos*, eodem cognomine, ex oppido Montagnana deſumto, inſignitos, Seniorem circa 1440 florentem & Juniorem in fine Seculi XV. & ab initio XVI. Conſiliorum, qvæ ad manus ſunt, autor eſt ille *ſenior Bartholomæus*; cujus elogia eximia legi poſſunt in *Jo. Ja. Mangeti* Bibliotheca Scriptor. Medic. tom. II. pars 2. pag. 349. in *Bernh. Scardeonii* Antiqvit. Patav. pag. 212. & in *Joh. Sambuci* Medicorum & Philoſoph. aliqvot Icones ſub No. 57. *Bartholomæo* qvidem *juniori* Conſilia hæc *C. W. Keſtnerus* in Lexico medicorum erudit. pag. 558. & *C. G. Jöcherus* in Lexico Erudit. tom. I. pag. 826. teſtimonio nitentes *Patini* in Lyceo Patavino, contra reliqvorum Biographorum autoritatem attribuerunt: hoc vero omnino eſſe falſum, & ſeniorem Bartholomæum revera hæc conſilia ſcripſiſſe & elaboraſſe, ex multis editionis noſtræ principalis locis evinci poteſt. Sic

Conſilium XXXI. in folio 63. ſubſcriptum eſt: *Actum Padue* 1439. 14 *Febr. per*

eximi-

eximium artium & medicine doctorem dominum magistrum de montigana.

Consilium XXXIV. in fol. 75. *Anno legis gratie.* 1439. *mens. aug. per famosissimum artium & medicinæ doctorem dominum magistrum Bartholomeum de Montagiana Padue.*

Consilium XXXIX. fol. 91. *Actum padue anno legis gratie* 1436. *Die vero primo Januarii.*

Consilium XLI. fol. 97. *Anno* 1438. *padue in apoteca angeli per d. m. b. de montagnana.*

In fol. 123. Consilium XLVI. datum medico cuidam Siculo Bartholomæum consulenti, hanc præfert inscriptionem: *Ista fuit informatio qvam scripsit phisicus siculus. — Casus talis est juvenis qvidam annorum forte qvadraginta si juvenis dici potest habitudinis bone utens bonis cibariis ocio tamen vacans quia religiosus est abstinens a coitu fere est annus*



qvum in tibia dextra usqve ad coxam senſit intrinſecus excesſivam caliditatem — — videtur mihi res nova & meis temporibus inaudita. Hunc caſum copioſe & magna cum diligentia tractavit Bartholomæus, in fine addens: *Per hec itaque celeberrime doctor in hoc opuſculo ita levi ſtilo congregata aliqvaliter conatu ſums* (conatus ſum) *ſatisfacere tuis queſitis. — Actum padue anno legis gratie domini* 1435 *die* 21 *menſis novembris per Bartholomeum de montagnana eximium phiſicum.*

Fol. 143. *Actum in ſtudio paduano anno legis Jeſu Chriſti* 1426 *die* 28 *ianuar. per eximium doctorem Bartholomeum de montagnana pro una domina de civitate monaci alemanie.* In laude igitur Bartholomæi non nimius fuit *Scardeonius*, cum loc. cit. teſtatur: ex longinqvis oris undiqve Patavium, aut pro ſalute impetranda, aut pro conſiliis ægrotantium habendis, asſiduus concurſus fieret: non ſecus qvam olim ad Æſculapium.

Fol.

Fol. 238. *Actum in civitate veronensi per dominum magistrum Bartholomeum de montagnana quando ivit visitatum dominum cardinalem corarib anno 1435. sept.*

In folio 276 legitur: *expeditis consiliis de animalibus spiritualibus & nutrivis omnium egritudinum a capite usque ad pedes. Conabor consequenter tractatum de balneis & de febribus cnm aliis quibusdam generalibus subnectere.* — Consilium 1mum. — *Quoniam multis jam ante diebus instantia tue sollicitudinis vir insignis dominus Joannes de pensauro mecum diligenter egit ut balneorum diocesis Paduane virtutes tibi manifestarem* &c.

In fol. 281. *Actum Padue anno 1433* — *Famosissimi artium & medicine doctoris domini magistri Bartholomei de montagnana de balneis tractatulus feliciter explicit.* (y)

M 3 Fol.

(y) Tractatum hunc de balneis etiam Seniori Barthol. abjudicant *Kestnerus* & *Jöcherus.*



Fol. 303. versus finem columnæ tertiæ: 1437. *die 13 ianuarii. Padue quesitum a domino Hieronimo contarino honorabili potestate padue tunc pro una sua consanguinea. qvod dubium atqve discolia erat venetiis inter medicos ibi existentes.*

Præter consilia & jam memoratum tractatum de balneis, qvi similiter dispescitur in consilia, editio nostra etiam offert in foliis 19 postremis tractatum „de compositione & usu medicinarum," ut vocat *Scardeonius* l. cit., vel „de compositione ac dosi Medicamentorum." ut audit apud *Manget* l. cit.

Cæterum ex *Jac. Facciolati* Fastis Gymnas. Patav. constat, qvod noster „Bartholo„mæus jam anno seculi XV vigesimo secun„do Medicinam traderet extraordinariam in „Gymnasio Patavino stipendio argenteorum „100. In Rotulo anni 1435 apud *Thoma„sinum* p. 156. Professor dicitur Medicinæ „practicæ ordinarius, qvam scholam tota vita „retinuit, adjectis ejus stipendio argenteis „qvindenis anno 1441."

XLV. Opusculum de laudibus Mariæ virginis. Qvarto.

Tali ſub titulo venit hoc liber in Catalogo Temleriano pag. 7. & ſimul prædicatur ut editio antiqviſſima, figuris inſtructa. Poſt mortem *Temleri* in Regiam pervenit Bibliothecam. Caret ſignatura, ciphris & reclamantibus; literas initiales rubriciſta adpinxit; orationis ſenſum ſemper punctum diſtinxit, reliqvorum ſtigmatum nullus uſus: vocum & ſyllabarum abbreviationibus, & ſphalmatis permultis typographicis laborat.

Nullus adeſt titulus, ſed in ſummitate primi folii legitur hic verſus: *Hanc plenam gratia Salutare mente Serena.* tertiam deinde fere partem paginæ explet figura, ligno inciſa, repræſentans virginem Mariam angelumqve ſalutantem *Ave. m.* qvæ elementa expreſſa ſunt per characteres fixos, intra tabellas incluſos. Infra tabulam incipit introitus in libellum celebri hac laudatione: *Gaude maria*

virgo. cunctas hæreses sola interemisti, qve gabrielis archangeli dictis credidisti:

In dorso involucri libellus seqventi distinctus est titulo: *Exempla pro virgine matre iesu christi*, qvi qvoqve est aptissimus, cum historiolis constet, figuris semper illustratis & ex Isidoro, Alberto M., Valerio Max., Augustino, Plinio aliisqve compilatis, qvæ monstrabunt non absurdum nec naturæ rerum esse contrarium, Mariam *virginem deum & hominem genuisse & post partum virginem inviolatam permansisse*: hæc clarius ex nonnullis, qvæ adferam, exemplis patebunt.

In folii 7mi. tabella lignea exsculpta conspicitur eqva cum vocabulo **Studt.** Supra hi versiculi:

Si Eqva capodocie vento feta apparet
Cur alto flante flamine virgo non generaret

Ampfacht ein studt vom winde
in Capadocien landt
Warumb gebare nit jr kinde
vom geiste dy nye man bekant.

Infra

Infra figuram: *Auguſtinus libro vigeſimo primo de Civitate dei Capitulo tercio dicit In Capodocia Eqvas vento concipere* &c. (z)
In folio 26: *Salemander ſi de igne. cibum ſumere valet.*
Cur ieſum criſtum digne. virgo non generaret.
& 27: *Allec ſi ex aqua. ſe nutrire valet*
Cur veneris muſta. virgo non generaret.

Cum his verſibus conferri poteſt diſtichon ſupra pag. 94. in Specim. II. allatum.

Ceterum de allecibus autor noſter dicit: *Optima ſunt in Scotia pesſima in germania.*

In præfatione qveritur autor de defectu Bibliothecæ & pollicetur ſe certas figuras *apertius demonſtraturum qvando ad uberiorem liberarie meſſem poterit attingere.* alio loco: *non habeo ad præſens Valerium maximum Ideo hiſtoriam clarius interpretari non valeo.*

(z) Hoc idem probare potuerat autor ex Lactantio, Origene aliisqve, conf. Diſſert. noſtr. de *Lactantio* p. 94.

Exemplo Alexandri Magni, ex adulterio nati, in folio 24 comprobatur hypothesis illa, qvod *bastardii spurii vel nochi* (nothi) *ad altiores qvandoqve honores promoventur, qvam legitimi nati.*

In postremo opusculi folio tabula, absqve ulla subscriptione, exhibet virginem cum infante Jesu, radiis, egregie rudibus, circumdatos.

XLVI. Speculum Sacerdotum.

Qvarto.

Sunt folia 16; charta est fusca, character typorum est gothicus largus; ex distinctionibus habet tantum punctum & comma; desunt custodes, ciphri & signatura.

Ab initio: *Incipit speculum clarum nobile & preciosum ipsorum sacerdotum, in qvo refulgent & representantur aliqva utilia specu landa circa tria baptismi, eukaristie, & penitentie sacramenta. — — Venerabili in cristo*

ſto patri ac domino domino ſuo gratioſo N. epiſcopo. Cunctisque deo amabilibus ſacerdotibus ubilibet locorum conſtitutis, tam preſentibus quam futuris. frater hermannus dictus de Saldis, ordinis heremitarum ſancti auguſtini. Inter ſacerdotes criſti ſola dei patientia profeſſoris in ſacra pagina nomen habens &c. — — *cunctis ſacerdotibus veſtre civitatis & dioceſis ſub dublici modulo communicare creavi* (anne decrevi?) *ut ſub uno in loco ad hoc apto eccleſiarum parietibus affigatur, Ita ut continue ſit in oculis, ad excitacionem negligentium & pigrorum Et nihilominus ſub alio modulo in ſacriſtigiis eccleſiarum ſeu armariis reponetur in una catenula ut cum oportuerit ſerie ſua posſit revideri.* — — *de aliis ſacramentis hic mentionem non feci quod vel non pertinent ad ſacerdotum miniſterium, vel non tot circa ea oriuntur difficultates* &c.

In fol. 7mo. probat autor verba conſecrationis in Sacramento euchariſtiæ debere recitari *in lingua greca hebraica & latina quia in tribus linguis fuit ſcriptus titulus crucis criſti.*

Con-

Conclusio hæc habet: *Qve hic deficiunt reqvire in summa & apparatu domini Hostiensis ti de peni: & remissi: & in aureo confessionali Wilhelmi speculatoris. & in repertorio aureo circa finem.*

Explicit Speculum sacerdotum.

Autor noster in *Fabricii* Bibliotheca tom. III. p. 240. venit sub nomine *Hermanni de Schildis*, item apud *Trithemium* de Scriptor. ecclesiast. & in *Philippi Elssii* Encomiastico Augustiniano p. 282. ut & *Schildtcz*, *Schilditz* & *Sildis*; sed in *Dom. Ant. Gandolfi* Differt. Hist. de Scriptor. August. pag. 171. vocatur de *Schuldiz*.

Erat Hermannus natione Germanus ex Westphalia; floruit medio seculi XIV. eratqve, ut ex locis allatis patet, ordinis fratrum Eremitarum Augustini, nec non Theologiæ Professor.

Inter plura ejus, apud jam laudatos Autores occurrentia, scripta nullum qvidem est *Speculum*, habetur vero *Manuale* Sacerdotum, qvod cum Speculo esse unum eundemqve librum mihi vero videtur simillimum. Elssius

nempe

nempe l. cit. inter Scriptores ex ordine Augustiniano, præter Hermannum de Schildis, recitat qvendam Hermannum de Soldis, cum tali encomio: „Germanus Osnaburgensis sacræ Theologiæ professor, scripsit speculum „ad Episcopum Osnaburgensem, & totum „Clerum in urbe & dioecesi circa annum „1527." — Qvis vero jam non perspicit utrumqve *Elsfii Hermannum de Schildis* & *de Soldis*, nostrumqve *de Saldis* esse unum eundemqve Autorem; atqve Manuale Sacerdotum, qvod *Trithemius*, *Fabricius*, *Elsius* adscribunt Hermanno de Schildis non esse diversum ab *Elsii* Soldiniano, nostroqve Saldiano Speculo? Hermannum ceterum suum de Soldis, cum anno falso 1527, debet *Elsius* Bibliothecæ *Conr. Gesneri*, edit. Tigur. 1583 pag. 339.

XLVII. De ritu et moribus Indorum. Qvarto.

Constat hæc opella foliis 7. ligatis in eodem involucro cum duobus, postremo loco recen-

sitis, libris: ex similitudine typorum, & figurarum, in margine folii primi expressarum, clarum est hoc opusculum in eadem officina fuisse impressum, ex qva prodiit *Dialogus Salomonis & Marcolfi*, & simul eodem tempore, scilicet circa 1483. conf. Specimen I. p. 54.

Sic incipit: *Presbiter Johannis potentia dei & vintute domini nostri iesu christi rex regum & dominus dominantium amico suo Emanueli Rome gubernatori salutem.* — — — *in tribus indiis dominatus magnificentie nostre est & transit terra nostra ad ulteriorem indiam in qva corpus beati thome apostoli reqviescit.*

Desinit in hæc verba: *Talia indorum patriarcha in regia lateranensi recitante calixtus papa II cum cetera romana ecclesia qve illic aderat elevatis in celum manibus christum eqvanimiter glorificarunt qvod talia tantaqve miracula per sanctum apostolum suum thomam annuis temporibus operari non desinit cum patre & almo spiritu vivens & regnans Per omnia secula seculorum.*

Explicit Epistola de Johanne qvi dicitur presbiter Indie.

Johan-

Johannis Presbyteri Epistola sine die & consule, forsan igitur eadem editio ac nostra, allegatur in *Weislingeri* Catalogo libror. in Bibliotheca ord. Johan. Hierosol. Argentorati asservatorum p. 118; & in Historia ecclesiastica Moshemiana german. edita per von Einem parte 4ta. p. 257. variæ Eruditorum de Johanne Presbytero ejusqve regno habentur sententiæ. — Ex libello hocce latino, vel potius, ut autumo, ex versione germanica translatus est perrarus ille danicus, a. b. *Langebekio* memoratus in calendario histor. dan. pro anno 1764. En lystelig Historie af Jon Prest oc aff hans store Rigdom oc Magt. Kiøbmanhaffn 1510. 8vo. hos Gotfried af Ghemen.

XLVIII. Historia Griseldis.

Germanice. Fol.

In foliis XI absqve ciphris, custodibus, signatura, sine indicio & anni & loci impressionis edita est, & figuris rudibus ligno incisis ornata De Historie van der duldicheit der

vruwen Griseldis — — van der Franciscus petrarcha schrifft, doch vth iohannes bacacius walsch in den latin vnde ik in den duuschen ꝛc. ut etiam legitur in versione danica, Hafniæ 1777. in usum plebeculæ, in tabernis novis (dan. Nyeboder) degentis, impressa: „Hendes Historie skrev Franciscus Petrarcha, dog ikke af første, men „drog den udaf Bocati Walske Bøger, og „satte den paa Latin; siden er den uddragen „af latinen og sat paa tydsk. Men ieg ubenævnte fik i Sinde at drage den udaf Tydsken og sætte den paa dansk. Sagen er, „fordi at mueligt er, at saadanue Stykker, „som samme Historie indeholder, kunde gode „Qvinder have til god Trøst og til et godt „Exempel, og en nyttelig Lærdom.“

SINE ANNO ET LOCO.

II. CATHOLICON JOHANNIS DE JANUA. Fol.

Splendidum hocce opus, qvod in auctione Temleriana provida cura *Erichsonii*, Bibliotheca-

rii Regii, emtum fuit ann. 1781, ac in Regiam illatum Bibliothecam, constat foliis CCCLXXXIV in forma chartarum grandiori: impressum est columnis duabus in pagina qvalibet, & qvælibet columna comprehendit lineas 58: caret signatura, custodibus & ciphris: figura typorum est romana accedens ad gothicam: nullum signum distinctionis præter punctum: literæ initiales non excusæ, sed manu rubricistæ penicillo adpictæ.

Ex Catalogo librorum *Crevennæ* III vol. p. 32. hujus Catholici editionis peti potest notitia, in omnibus nostro conveniens exemplari, excepto, qvod *Crevenna* unicuiqve paginæ tantum tribuit lineas 56, ego vero invenio 58.

Crevenna l. cit. vero putat simillimum, opus hoc prodiisse circa 1482; rationes, qvas ad hanc firmandam attulit hypothesin, magis corroborantur disqvisitione ista, qvam de suo exemplari instituit b. possessor *Temlerus*, qvi „ vir eruditissimus, Philologusqve summus " merito audit in Perillustr. *Suhmii* præfat. ad nuper editum Tom. V. Script. rer. Dan. med.

ævi. — Librum qvidem Temlerus emi fecit Holmiæ 1765, pertinuit antea ad Bibliothecam Cardinalis & Principis a Dietrichſtein: quod vero caput cauſæ eſt, in fronte operis manus annotávit vetuſta: *Leonardus abbas comparavit*, & alio loco manus diverſa addidit: *Iſte liber eſt conventus Monaſterii fontis ſancte Marie in Sar ordinis Cyſterciensis* 1551.

Super hæc *Temlerus* annotavit: „ Zara, „ civitas dioecefis Pragenſis, in diſtrictu Czas- „ lavienſi, prope qvam Fons Stæ. Mariæ, coe- „ nobium ordinis Ciſtercienſis, fundatum anno „ 1234 " &c. item: „ Si mihi licuiſſet an- „ num emortualem Leonardi, abbatis mona- „ ſterii S. Mariæ in Sar, expiſcari, id qvod „ fruſtra tentavi Coloniæ apud Jeſvitas 1768 „ (a), fortasſis probabili ratione annum editi- „ onis hujus determinare potuiſſem. " — infra: „ Leonardus hunc librum comparavit ante vel „ circa 1469. " — Poſtremo hoc loco nimius fuit, ut patet ex notitia, qvam ex epiſtola, data Ratisbonæ 1775, accepit de abbate Leonardo,

(a) Tunctem poris ſcilicet Regem noſtrum Auguſtisſimum in itinere ad Exceros comitabatur.

nardo, qvæ ita habet: „Aus dem Archiv, und
„ dessen ordentlichen Repertorio ex Serie Ab-
„ batum ist gantz klar zu entnemen, das Leo-
„ nardus Abbt zu Saar Joh. VI. 1470. in
„ der Abteylichen Würde nachgefolget, und
„ im Jahr 1488 diese Würde resignirt hat."
— Nil amplius adjunxit Temlerus; sed jam certissime constat, librum impressum esse ante 1488, qvoniam Leonardus abbas, qvi hunc librum comparavit, sese abdicavit dignitate abbatis 1488.

L. Epistolæ Augustini. Fol.

Editio splendida, & omni absqve dubio prima: sed nec tempus, nec locus impressionis indicatur; constat foliis CCLXII, & folium unumqvodqve columnis qvatuor, qvarum qvælibet comprehendit lineolas 50; charta est solida & alba; character typorum est ita dictus gothicus; desunt custodes, ciphri, signatura, diphtongi, litteræ initiales; signa distinctionis sententiarum adbibentur, præter punctum, colon & signum interrogationis.

Si cognitam habuissent hanc editionem Monachi *Benedictini*, Opera omnia Sti. Augustini Paris. ann. 1689-700 edentes, ope ejus varia sine dubio loca melius restituissent; ego, duas priores epistolas obiter oculis percurrendo, duas inveni variantes lectiones, qvæ ex mea sententia saniorem reddunt sensum; in epistola editionis nostræ 1ma. qvæ apud *Benedictinos* est CXXXII. pag. 395. in tom. II. post vocabulum *salutacionis* habetur *ejus*, qvod deest in Parisiensi: in epistola 2da. *ut aliqua ex ambiguis lectionibus per te discenda perconter* — hæc editio Parisiensis Epist. CXXXV. pag. 399. ita dedit: *ut aliqva ex ambiguis lectionis peritæ discenda perconter.* In eadem IIda epistola hæc verba: *qvemadmodum diligenda sunt*, qvæ reliqvæ omiserant editiones, & qvæ fide Codicum Mstorum in textum recepere Editores Parisienses, nostra etiam offert editio.

Typis PETRI HORREBOWII.





